B secundũ sic ꝓcedit̃. videt̃ q̃ potentia generandi sit ad aliquid. ℙremoto.n. itellectu distinctaꝝ personarum a diuinis: adhuc manet intellectus oĩum q̃ absolute dicunt̃: sicut bonitas sapia ꝛ hℨ: sed remoto intellectu ꝑsonaꝝ nõ remanet potentia gnãndi: qz remotis ꝑsonis remouet̃ gnãtio: ꝛ remota generatiõe remouet̃ potẽtia generãdi. nõ. n. põt in diuinis esse aliqd in potẽtia qõ nõ sit actu. alꝰ deꝰ eẽt mutabilis. g̃ nõ est de ablolutis: sed de ad aliqd dictis. ¶ ℙ. potentie distiguunt̃ per actꝰ: sed generare in diuinis est ad aliquid dictũ. qz gnãtio est ꝓprietas ipsa relatiua vt supra dictũ est: ergo ꝛ potẽtia generãdi. ¶ ℙ. oĩs operatio ꝓprĩa alicuius rei egredit̃ a forma ꝓprĩa eiusdẽ. sicut comburere a forma ignis: sed gnãre filiũ in diuinis est ꝓprĩa opatio pr̃is. g̃ ꝑncipiũ illius erit ꝓpria forma pr̃is. B autẽ est paternitas q̃ relatio q̃dã est. cũ igit̃ p̃n̄ opationis sit potẽtia: vr̃ q̃ potẽtia generãdi sit ad aliquid.

Contra cuius est actꝰ ei⁹ ẽ potẽtia ſm ꝓbm: sed ſm Dama. gnãtio est actꝰ nãe. g̃ ꝛ potẽtia gnãndi est ipsi⁹ nãe: nã est ablolute dictũ. g̃ ꝛ potẽtia. ¶ ℙ. in q̃libz gnãtione vniuoca idem est p̃n̄ gnãtois ꝛ termin⁹. sicut hõ generat hoiem: sed termin⁹ generatiõis in diuinis est eẽntia q̃ cõicat̃ per generationẽ vt supra dictũ ẽ. ergo essentia ẽt est ꝑncipium generationis: ꝛ sic videt̃ q̃ potentia generandi sit essentiale.

Respondeo quidã dixerũt q̃ potẽtia generãdi simplr̃ est ad aliqd nõ tãtũ ex parte actꝰ: sed ẽt ex pte ipsiꝰ potẽtie. potẽtia. n. dicit relationez ꝑncipy. sed B nihil est: qz potẽtia nõ ẽ relꝫ ſm suum eẽ: sed solũ ſm dici. imo potẽtia significat ẽt illud qõ ẽ p̃n̄ ꝛ nõ tñ relonẽ ꝑncipy. Sic. n. q̃rim⁹ B de põ generandi. p̃n̄ aũt cuiuslibet operatiõis dine vt supra dictũ ẽ. ẽ eẽntia dina: sed ab eẽntia egredit̃ aliqs actꝰ ſm q̃ eẽntia ẽ sapia: ꝛ aliqs ſm q̃ est voluntas. ꝛ sic de alys attributis. Similiter dico q̃ cũ ꝓprietas realr̃ sit eẽntia: eẽntia ſz q̃ est ipsa pr̃nitas est p̃n̄ buiꝰ actꝰ qui est gnãre: nõ sicut agens: sed sicut quo agit̃. vñ p̃n̄ gnãtiõis ẽ eẽntiale sub rõne relationis. vñ est q̃si mediũ iter eẽntiale ꝛ ꝑsonale. ex pte.n. illa q̃ põ q̃ est media inter eẽntiã ꝛ opationẽ radicat̃ in eẽntia est ablolutũ. ex pte aũt illa qua cõiungit̃ operationi est relatiuum.

Ad primũ g̃ dõm q̃ remoto itellectu ꝑsonaꝝ remanent ea q̃ sunt pure ablolutа: sed hℨ nõ est põ generãdi vt dictũ ẽ. ꝛ iõ nõ remanet subtractis ꝑsonis. ¶ Ad 2m dõm q̃ q̃uis potẽtie inotescãt p actus: nõ tñ oz q̃ in eodẽ genere ponant̃ potẽtie ꝛ actꝰ. ꝛ precipue de potẽtys actiuis. vñ q̃uis generare sit ad aliquid. nõ tñ oz q̃ potẽtia gnãndi sit ad aliqd. sed vez ẽ q̃ posse gnãre est posse ad aliqd accusatiui casus. ¶ Ad 3m dõm q̃ nã cõis in vnoquoq; opat̃ ſz ꝺditionẽ ipsi⁹. vñ aĩa sensibilis hℨ in diuersis aĩalib⁹ diuersas opatiões: ꝛ ẽt in diuersis organis sentiẽdi. ꝛ B iõ est: qz nã cõis determinat̃ ꝛ trahit̃ in vnoquoq; ſm ꝓprietates inuẽtas in illo. di-

uina aũt nã nõ ꝓtrahit̃ neq; determinat̃ per ꝓprietates suppositoꝝ: tñ nã diuina in pr̃e est ꝓprietas pr̃is. ꝛ in filio est ꝓprietas filij: iõ aũt nõ ℨhit̃: qz ꝓprietas nõ ẽ aliꝺ ab essentia vel ipsa nã vt adueniat sibi quasi dispositio ℨhẽs. iõ ẽt nã nõ determinat̃ vel distiguit̃: qz relatio nõ distinguit̃ ſm id qõ ẽ. ſz ſm B tñ cõperat̃ ad eẽntiã: cuiz q̃ est idẽ re: sed ſm q̃ ad alterũ ẽ: ꝛ sic respicit ꝑsonã ꝛ distiguit eã: ꝛ iõ in pr̃e est ꝑncipiũ opationis ꝓprietatem pr̃is: ꝛ in filio ſm ꝓprietatẽ filij. vñ eadẽ opatio ẽ ꝛ nãe cõis ꝛ ꝓprie forme ipsi⁹ pr̃is. ꝛ iõ põ generandi vt dictuz ẽ: est mediũ iter ablolutũ ꝛ relatũ. ꝛ B voluerũt gdaz dicere: dicentes potentiã gnãndi ablolutuz si cõsidereꝫ potentia remota vel idispolita: q̃uis ipzopie locuti sint: qz ꝓprietas nõ disponit eẽntiã sed suppositũ. ꝛ per ea q̃ dcã sunt patet etiam solutio ad sequentia.

¶ Utr̃ põ dicat̃ vniuoce de põ gnãndi ꝛ põ creãdi. III.

B tertiuz sic ꝓcedit̃. vr̃ q̃ põ non dr̃ vniuoce de põ generãdi ꝛ creãdi. Potẽtie.n. distiguunt̃ p actꝰ: ꝛ actus per oba: sed filiꝰ dei ꝛ creature nõ vniuocantur in aliquo. g̃ nec gnãtio ꝛ creatio. igit̃ vlterius nec põ generandi ꝛ creãdi. ¶ ℙ. põ creandi est simpliciter abloluta sed põ generãdi est quodammõ ad aliquid. cũ igr̃ nihil vniuoceꝫ ad ablolutũ ꝛ relatũ cũ sint ꝺ diuersis ꝓdicamẽtis vr̃ q̃ põ nõ vniuoce dicat̃ õ vtraq;.

Contra sicut dictũ est põ gnãndi est ipsa dina essentia. silr̃ ẽt põ creãdi: cum deꝰ sit ꝑmũ agẽs: ꝛ oĩs sua operatio sit per suã eẽntiaz. g̃ vr̃ q̃ vtraq; sit vna potẽtia. ¶ Supposito q̃ põ aliq̃ mõ de eis dicat̃ ſm ꝑus ꝛ posteriꝰ: q̃rit̃ q̃ istaꝝ potẽtiaꝝ sit ꝑor: ꝛ vr̃ q̃ põ creãdi. cõe.n. est aĩ ꝓpriũ: ꝛ eẽntiale ante ꝑsonale ſm rõnẽ itelligendi. Sz põ creãdi ẽ cõis trib⁹ ꝑsonis. potẽtia aũt generãdi vr̃ ꝓprie ptinere ad ꝑsonã pr̃is. g̃ vr̃ q̃ põ creãdi sit ꝑor. ¶ Cõtra. ſz ordinẽ actuũ ẽ ordo potẽtiaꝝ: ſz gnãtio ẽ ꝑor creatiõe sic̃ eternũ tpali. g̃ ꝛ põ gnãndi ẽ ꝑor.

Respondeo dõm q̃ põ ẽ mediũ ſm rõnẽ itelligẽdi iter eẽntiã ꝛ opationẽ nãe. pñs g̃ ꝛsiderari põ creãdi ꝛ põ gnãndi ſm q̃ radicant̃ in eẽntia diuina: ꝛ sic est vna numero potẽtia: ne duũ vniuoce dicta. possint ẽt cõsiderari ex parte q̃ cõiungunt̃ operationi. ꝛ ſm B potẽtia dr̃ de eis nõ vniuoce: sed ſm ꝑus ꝛ posterius: ꝛ potẽtia generandi erit ꝑor ſm rõnem itelligendi q̃z potẽtia creandi: sicut generatio est ꝓior creatione. ¶ Et per hoc ꝑz solutio ad ꝑmũ: qõ ꝓcedit de potentia cõparataꝫ ad actũ. Et similiter ad 2m: qz potẽtia generãdi non est ad aliqd nisi ex parte illa q̃ cõiungit̃ actui. Et similiter ad tertiũ qõ ꝓcedit ecõtrario de potentia ſm q̃ se tenet a parte essentie. ¶ Ad quartũ dõm q̃ cõe in diuinis est ante ꝓpriuz quãdo cõe per se accipit̃ ſm rõnez itelligendi. sed qñ cõe accipit̃ cuz respectu ad creaturas rõne respectus adiuncti est posteriꝰ q̃z ꝓprium alicuius persone ſm rationem intelligendi. Quintũ ꝓcedimus.

¶ Questio. II.

Deinde queritur de cõitate hꝰ põe: ꝛ circa hℨ duo q̃runt̃. ꝑmo vtrum potẽtia generandi sit in filio. 2º vtrum filius possit generare.

¶ Utrum potentia generandi sit in filio. I.

B primuz sic ꝓcedit̃. Sicut supra dictum est: potẽtia generãdi includit in se rõnem paternitatis. sed paternitas nõ est i filio. g̃ nec potẽtia generãdi. ¶ ℙ. cum potẽtia dicat rõnẽ ꝑncipy. potẽtia generãdi dicit ꝑncipiũ generatiõis: sed filio nullo mõ ꝓpetit eẽ ꝑncipium gnãtionis. esset.n. ꝑncipiũ sui ꝑpsi⁹. ergo in filio

"vbi q potentia generãdi non sit in filio. q2

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullo mō est potentia generandi.

Contra sicut supra dictū ē potētia generādi est ipsa diuina eētia: ꝫ eētia ꝓris tota ē in filio. ḡ vī q; ēt pō generādi sit in filio. ¶ Ꝑ. nulla scia vel volūtas ē ꝓris q̄ nō sit filij. ḡ nec ēt aliq̄ pō. cū pō illis duobus cōdiuidat. sed pō generādi ē in ꝑre. ḡ ⁊ in filio.

Respondeo dōm q; potentia generādi dr̄ tripliciter: ꝼm q; generandi pōt esse gerūdium verbi ipersonalis vel verbi psonalis actiui: vel verbi personalis passiui: si sit gerundiuꝫ verbi impersonalis tunc potētia generandi est potētia qua ab aliquo generatur: ⁊ ita est in filio potētia generandi. i. qua a patre generatur: si sit gerundiuꝫ verbi psonalis actiui: tūc potētia generādi dicit potētia vt generet: ⁊ sic nō est in filio: si sit gerundiuꝫ verbi personalis passiui: tūc potētia generādi dr̄ potētia vt generet̄: ⁊ ita est in filio: qz eadem potētia q̄ in ꝑre est vt generet: est in filio vt generet̄: ⁊ ista distictio fundat̄ super id qō dictū est q; potētia generādi est eētia dīna a qua ꝓcout in ꝑre est ꝓnitas est gnātio actiua: ⁊ put in filio est filiatio crit gnātio passiua.

Ad primū ḡ dōm q; potētia gnāndi ex parte q̄ cōiungit̄ actui includit in se ꝓnitatem: ⁊ ꝼm hoc nō ꝙuenit filio: sed ex parte illa q̄ radicat̄ in essentia nō icludit ⁊ ita cōuenit filio: ꝼm q; generādi est gerūdium verbi ipersonalis vt sit sensus potētia generādi est in filio. i. essentia diuina per quā a patre fit gnātio. ¶ Ad 2ᵐ dōm q; potētia generādi nō est nisi in ꝑre ꝼm q; habz rōnem p̄ncipij in se iclusam per modū ꝓnitatis: sed alio mō pōt esse in filio sicut dictū est: ⁊ ex his ēt q̄ dicta sunt pz̄ solutio ad tertiū. ¶ Ad q̄rtū dōm q; volūtas ⁊ scia nō bñt rōnem p̄ncipij respectu gnātiōis filij: qui ꝓcedit per modum nāe: sed tm̄ respectu creaturarū q̄ ꝓducunt a dō sicut artificiata: sed potentia etiā hz rōnē p̄ncipij ad gnātionē dīnā: ⁊ iō magis pōt trahi ad psonale vt sit ꝓpriū alicuius persone q̄s scientia ⁊ voluntas.

¶ Utꝫ filius possit generare alium filium. II.

Ad secundum sic ꝓcedit. vī q; filius possit generare filiū aliū. Sc̄z. n. potētia nō ipedita est aliqd potens operari: sed in filio est aliquo mō potentia generandi vt dictū est. cū igit̄ potētia dei nō possit ipediri. vī q; filius possit gnāre aliuꝫ filium. ¶ Ꝑ. filius est ymago ꝓris pfecte repzesentās ipm ꝼm perfectā silitudinē: sed pater pōt generare. ḡ videt q; etiā filius: alias nō pfecte assimilat̄ sibi. ¶ Ꝑ. quecunq; opatio est alicui⁹ nāe cōis si est in vno suoꝝ suppositoꝝ est ⁊ in alio: sicut itelligere ⁊ rōcinari est opatio nāe būane in sorte ⁊ platone. sed generatio est opatio diuine nāe in ꝑre. ḡ ⁊ in filio. vī ḡ q; filius possit generare filiū. ¶ Itē posse generare est aliqd dignitatis ꝓris alias nō eēt ꝓprietas psonalis: sed nulla dignitas est in patre q̄ non sit in filio cū sint oīno eq̄les in dignitate. ḡ filius pōt gnāre.

Contra ꝼm Aug. minimū icōueniens deo ē ipole: ꝫ si filius gnāret filiū: seq̄ret in deo icōueniēs: qz ille filius generaret aliuꝫ: ⁊ sic in infinitū. ḡ vī q; filius nō possit gnāre. ¶ Ꝑ. nō eēt ibi sūma ynio ⁊ indistātia equalis: qz filius dei ꝓpingus se bñret ad filiū q̄s ad ꝓpz̄: ⁊ B non vī in diuinis ꝙpetere. ¶ Ꝑ. q nō pōt eē pr̄ nō pōt generare: sed filius nō pōt eē pr̄: qz seq̄ret̄ ꝙfusio psonaruꝫ. ḡ ⁊c.

¶ Ulteriꝰ q̄rit̄ vtꝫ pr̄ possit generare aliū filium: ⁊ vī q; sic: qz per gnātionē in nullo diminuit̄ ei⁹ potentia. ḡ qua rōne pōt generare vnū pōt ⁊ generare plures.

Respondeo dōz q; gdā dixerūt q; filius pōt gnāre aliū filiū: sed ista pō nūq̄ reducet̄ in actū ꝓp icōueniēs: qō Aug. iducit in lra: ꝫ B nihil ē: qz in perpetuis ꝼm ꝓbm nō differt esse ⁊ posse: ⁊ multo min⁹ in diuinis. vñ gcgd nō ē in deo nō pōt eē ibi. al's de⁹ eēt mutabilis. vñ dōm simplr̄ q; filius nō pōt gnāre filiū. Et rō hoc est: qz ille filius in nullo distingueret̄ ab alio. cū. n. ꝓsone diuine nō distinguant̄ ꝼm diuisionē mātē: qz nō sūt māles: non remanet ibi alia distinctio nisi per relationes originis: impossibile est aūt q; vna relatio originis: sicut filiatio multiplicetur ꝼm numerum: quia talis multiplicatio esset mālis. vñ in deo non pōt esse nisi vna filiatio: ⁊ vna filiatiōe nō constituit̄ nisi vnus filius. ⁊ ita in diuinis nō possunt eē plures filij nec plures patres: ⁊ B pertinet ad perfectionem filij: qz nihil de filiatiōe est extra ipsum in diuinis. vnde est perfectus filius.

Ad primū ergo dōm q; in filio nō est potentia generandi nisi ꝼm q; radicat̄ in eētia: ex nō ex parte qua cōiungit̄ actui gnāndi: ⁊ ideo nō sequit̄ q; sit actus ibi. ¶ Ad 2ᵐ dōm q; vbicūq; est filitudo ops q; ibi sit aliqua distinctio: qz ꝼm boetiū similitudo ē rex differentiū eadem q̄litas. al's nō esset similitudo ꝫ identitas. vñ inter filiū ⁊ ꝑrem saluat̄ perfecta similitudo: ꝫ remanēte distinctiōe in oīb⁹ attributis cōueniūt. si aut̄ filius generaret nō remaneret distinctio inter ꝑrem ⁊ filium: cū nō sit ibi distinctio nisi per relationes originis: ⁊ non possit ibi esse nisi vna ꝓnitas tātū vt dictū ē. ¶ Ad 3ᵐ dōm q; generare non est act⁹ diuine nāe nisi ꝼm q; nā dīna est ipsa ꝓnitas: ⁊ sub tali rōne natura dīna nō est in filio. ¶ Ad quartuꝫ dōm q; dignitas est de absolute dictis. ⁊ iō eadē ē dignitas ꝑris ⁊ filij nūero sic eadē eētia. vñ sicut ꝓnitas in patre est eētia: ⁊ eadē essentia ē in filio nō pater. itas sed filiatio: ita eadez dignitas numero que in patre est paternitas in filio ē filiatio.

¶ Ad id qō vlteriꝰ q̄rit̄ ꝑz solo etiā per ꝓdicta: qz ipole est in diuinis plures esse filios. hoc. n. nō est ex defectu potētie patris: sed ex distinctiōe suppositoꝝ diuine nature q̄ tolleretur vt dictum est. ¶ Expositio textus.

Amoderata enī esset ⁊c.) Uī. n. nō eē icōueniens si genit⁹ semp aliuꝫ gigneret: imo maximū bonum: qz q̄libet gnātio eēt ifinitū bonū. ⁊ pōt dici q; eēt triplex icōueniēs. ꝓmo qz si B in ifinitū ꝓcederet cū oē ifinituꝫ sit iperfectum gnātio dīna nūq̄ eēt pfecta. ⁊ B sumit̄ ex lra. z⁰: qz nō posset eē distinctio inter ples genitos vt dcīi ē. 3⁰ qz quāuis cōicatio sit de nobilitate ⁊ simplicitate nāe tri ifinita cōmunicatio nō est nisi ex defectu nāe: qz. n. natura nō pōt conseruari ꝼm eternū esse in vno indiuiduo intēdit ꝓ infinitam succession̄ idiuiduoꝝ cōseruare perpetuitatē suam saltez ꝼm idē in spē: ⁊ B nullo mō deo cōuenit. (Nō. n. nō potuit ꝫ nō opoꝛtuit. i. nō ex impotētia ⁊c.) Uidet̄ ista expositio nimis esse extorta ⁊ nō posse accipi ex verbis Aug. ¶ Sed dōm q; magist̄ accipit istā expositionem ex eo q; ly non. potuit pōt sumi negatiue tm̄: ⁊ sic ꝓcedebat obiectio: vel pōt sumi quasi ꝓuatiue vt nō potuit sit quasi terminus infinitus: ⁊ tunc per hoc q; dicit. nō. n. nō potuit: negat̄ ipotētia. ¶ Sed videt̄ iterū q; ex ipotētia filij sit q; ñ generet. ita. n. arguit Aug. si pr̄ nō potuit gnāre filiū coeternū ⁊ coequalem sibi: ipotēs fuit. ḡ videt̄ simlr̄ q; si filius non potuit: ipotēs sit. ¶ Dōm q; generare filiū est de his q̄ pertinēt ad rōnez pris: ⁊ iō nihil posset deesse de his que sunt vel ꝓtinēt de perfectiōe generatiōis: gn redundaret in ipotētiā pris: sed generare nō pertinet ad rōnē filij: imo potius est oppositum filiationi: ⁊ ideo ex B nō ostendit̄ filius impotēs: sicut homo non dicitur impotens nisi ex eo q; non potest ea que ad ipsum pertinent.

¶ De veritate ꝓprietate ⁊ icōmutabilitate ⁊ simplicitate essentie dei. ¶ Di. VIII.

Nunc de veritate siue ꝓprietate ⁊ incōmutabilitate atq; simplicitate dine nāe vel ſube siue eētie agendū ē. Est itaq; ōs: vt ait Aug. i. v. li. de tri. sine dubitatiōe ſuba vel sime li⁹ B appellat̄ eētia: quā greci vsyā vocāt. Sic. n. ab eo q̄ ō ē sape dicta est sapia: ⁊ ab eo q̄ ō ē scire dcā est scia: ita ab eo q̄ ō ē esse dicta ē essentia. Et qs magis est q̄z ille q̄ dixit famulo suo Moysi. Ego sum qui sum ⁊ dices filijs Israel: q̄ est misit me ad vos. Ipse ꝛe ac ꝓprie dr̄ eētia: cui⁹ eētia nō nouit ꝑteritū vel futurū. Uñ Hieronym⁹ ad Marcellaz scribēs ait. De⁹ solus q̄ exordiū nō hz ꝛe eētie nomē tenuit. qz in ei⁹ ꝙparatiōe q̄ ꝛe ē: qz icōmutabil' ē: q̄si nō sūt q̄ mutabilia sūt. De quo. n. dr̄ fuit: nō ē: ⁊ de quo dr̄ erit nōdū ē. de⁹ aūt tm̄ ē q; nō nouit fuisse vel futurꝫ eē. Solus ḡ de⁹ ꝛe ē: cui⁹ essentie ꝙparatū nr̄m esse non est.

¶ Queritꝫ q̄r itelligēda sint ꝛba hieronymi.

Ac diligēter aduertēdū ē quo itelligi debeāt ꝛba illa hieronym⁹. s. de⁹ tm̄ ē ⁊ nō nouit fuisse tanq̄z nō possit dici de deo fuit vel erit ꝫ tm̄ ē: cum de deo freq̄nter scriptū reperiam⁹: fuit ab eterno: fuit semp ⁊ erit in secula ⁊ hz. Uñ vī qz nō ē tm̄ dicēdū de deo: fuit ē vel erit. Si. n. diceret tm̄ fuit putaret q; desierit eē. Si dicere tm̄ ē putaret q; nō semp fuerit ꝫ eē cepe rit. Si tm̄ erit putaret nō eē mō. Dicat̄ ḡ qz ſp fuit est ⁊ erit vt itelligat̄: qz nec cepit nec ōsijt nec desinit: nec desinet eē. De hoc Augu. sup Joānē ita ait: cū de sempiterna re ꝓprie dicat̄ est. scōm nos bñ dr̄ fuit ⁊ erit. fuit qz nūquaz desijt: erit qz nūq̄ ḃerit. ē qz ſp ē. nō ꝑterijt q̄si qō nō maneat. nō oriet̄ q̄si qō nō erat. Cū ergo nr̄a locutio p tēpora variet̄: de eo vere dicunt ꝛba cuiuslibet tēporis: qui nullo tpe defuit vel deest vl' deerit. Et iō nō mirū si de ſpū ꝛitatis veritas loquēs dixit p futurꝫ. Quecūq; audiet loquet̄. audiet. s. ab eo a quo ꝓcedit. Audire illi⁹ ē scire: idē ēt eē. A quo ḡ ē illi eētia: ab illo audiētia. t. scia q̄ nō ē aliud q̄z eētia. Audiet ḡ dixit ō eo qō audiuit. ⁊ audit. i. qō semp sciuit scit ⁊ sciet. Ecce hic dicit Augu. ꝛba cuiuslz tpis dici de eo: sed tm̄ ꝓprie ē. Illud ḡ qō hieronym⁹ dic̄ ita itelligēdū est. Nō nouit fuisse vel futurꝫ eē ꝫ tm̄ eē. i. cū dr̄ de deo q; fuit vel erit nō est itelligēdū q; ꝑterierit vl' futurus sit: ꝫ q; existat simpliciter sine aliquo tpali motu: ꝫ. n. verba ſubina diuersoꝝ tēpoꝝ de deo dicant vt fuit erit est erat. nō tm̄ tēporales motus esse distiguūt. s. ꝑteritū vel futurꝫ vel ꝑteritū iperfectum vl' ꝑteritū perfectū. vl' ꝑteritū plusq̄m pfectum: ꝫ eētiā siue existētiā diuinitatis simplr̄ ifinuāt. De⁹ ḡ solus ꝓprie dr̄ eētia vl' eē. Uñ Hyl'. ita ait in. vii. li. de trini. Esse nō ē accidēs deo: sed ſubsistens veritas ⁊ manens causa: ⁊ naturalis generis ꝓprietas.

Dei ēt soli⁹ eētia ꝓprie icōmutabilis dr̄: qz nec mutat̄ nec mutari pt. Uñ Aug. in. v. lib. de trinitate. Alie ingt eētie vel ſube capiūt accidētia: qb⁹ in eis fiat vel magna vl' quātacunq; mutatio. Deo aūt aliqd hūi accidere nō pōt: ⁊ ideo sola ſuba vl' eētia q̄ ē de⁹ icōmutabilis ē. Cui ꝓfecto mātie ac ꝛissime cōpetit esse. Qō. n. mutat̄ nō seruat ipm verū eē: ⁊ qō mutari pōt ēt si nō mutet̄ pōt qō fuerat non eē. Ideoq; illud solū qō nō tm̄ nō mutat̄: vez ēt oio mutari nō pōt: verissime dicit eē. i. ſubstātia patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti. Jō apostolus de deo loquens ait. Qui solus imortalitatē hz. Ut enī ait Augustinus in li. de trinitate. Cū anima quodam mō imortal' eē dicat̄ ⁊ sit. nō diceret apl's solus hz imortalitatē: nisi qz ꝛa imortalitas ⁊ icommutabilitas ē: quā nulla pōt hre creatura: qm̄ solius creatoris est. Unde Jacob⁹ ait. Apud quē nō ē trāsmutatio nec vicissitudinis obūbratio. Et Dauid. Mutabis ea ⁊ mutabuntur: tu aut̄ idem ipse es. Ideo Augustinus super genesim dicit q; de⁹ nec per loca nec per tēpora moueat̄. Creatura vero per tpa ⁊ loca. ⁊ p tēpora moueri est per affectiones cōmutari. Deus aut̄ nec loco nec affectione mutari potest: qui per ꝓpheraz ait. Ego de⁹ ⁊ nō mutor qui ē immutabilis solus. Unde recte solus dicit̄ habere imortalitatē. In omni. n. mutabili natura vt ait Augustinus contra maximinum nō nulla moꝛs ē ipsa mutatio. quia facit aliqd in ea non esse: qō erat. Unde ⁊ ipsa aia humana que ꝛa deo dicit̄ imortalis: qz ꝼm modum suū nunq̄ desinit viuere: hz tm̄ quādā mortem suā. qz si iuste viuebat ⁊ peccat: moꝛitur iustitie: si peccatrix erat ⁊ iustificatur: moꝛitur peccato: vt alias eius mutatiōes taceam: de qbus modo longuz est disputare. Et creaturarū natura celestiū moꝛi potuit: quia peccare potuit. Uñ angeli peccauerunt ⁊ demones facti sunt quoꝝ est diabolus princeps: ⁊ qui nec peccauerūt peccare potuerunt: ⁊ quicunq; creature

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationali prestaꝝ vt peccare non possit: nō est hoc nature proprie: sed dei gratie. Et iō solus deus vt ait apostolus hz imortalitatez: qui nō cuiusquā gratia sed natura sua nec potuit nec potest aliq̄ conuersiōe mutari: nec potuit nec poterit aliqua mutatiōe peccare. Proinde vt ait Augustinus in lib. i. de trinitate: substātiaz dei sine vlla sui cōmutatiōe mutabilia faciētez z sine vllo suo tpali motu tēporalia creantez: intueri z nosse lz sit difficile: oz. Vere ergo ac ppie icōmutabilis est sola diuinitatis eēntia q̄ sine sui mutatiōe cūctas cōdidit naturas.

¶ Dic de simplicitate.

EAdem quoq; sola ppie ac vere simplex ē: vbi nec partiū nec accidētiuz seu quarūlibet formaꝝ vlla est diuersitas siue variatio vl̄ multitudo. Ut aūt scias quomodo simplex sit illa substātia vt te docet Augustinus in li. vi. de tri. aniaduerte primo quare creatura sit multiplex z nullo modo ꝙ simplex. Et primo de corporali postea vero de spirituali creatura. Corporalis vtiq; creatura partib⁹ cōstat: ita vt sit sibi alia pars maior. alia minor: z maius sit totum q̄z pars quelibz. Et in vnoquoq; corpore aliud est magnitudo: aliud color: aliud figura: pōt enim z minuta magnitudine manere idez color z eadem figura. z colore mutato manere eadem figura z eadez magnitudo: ac per hoc multiplex esse conuincit natura corporis. simplex autem nullo modo.

¶ Dic de spirituali creatura ostēdit quomō sit multiplex: non simplex.

CReatura quoq; spūalis vt ē aia: i cōparatōe qdē corporis ē simplex: sine cōparatiōe vero corporis multiplex est z nō simplex: q̄ iō simplex dicitur respectu corporis qz mole nō diffunditur per spaciuz loci: sed in vnoquoq; corpore z in toto tota est: z in q̄libet pte eius tota ē: z iō cū sit aliqd in qualibet particula corporis exigua qō sentiat anima: q̄uis non fiat in toto corpore: illa tñ tota sentit: qz totā nō latet. Sz tñ nec in ipsa anima vera simplicitas est: cum aliud sit artificiosuz eē: aliud inertē: aliud acutum: aliud memorē: aliud cupiditas: aliud timor aliud leticia aliud tristitia. Possūtq; hec z alia hmōi innumerabilia in anime nā inueniri: z alia sine alijs: z alia magis alia min⁹ manifestū ē nō simplicē eē sz multiplicē esse naturā. Nihil. n. simplex mutabile ē: ois aūt creatura mutabilis ē. nulla ergo creatura ꝙ simplex ē.

Deus ꝙo etsi multiplr dicaꝝ. i. multis nominibus significeꝝ. ꝙ tñ z sūme simplex ē. Dicitur eni magnus bonus sapiēs beatus verus: z qcqd aliud non indigne dici videꝝ. sed eadez magnitudo eius ē que sapientia. Nō eniz mole magnus est sed virtute: z eadē bonitas que sapientia z magnitudo z veritas. z nō est ibi aliud ipz beatū eē. z aliud magnū aliud sapientez aliud verū aut bonū esse: aut oio esse.

¶ Qualiter cū deus sit simplex multiplex tamen dicatur.

HIc diligēter notādū est cū dicat Augustin⁹ solū deū vere simplicē eē cur dicat eūdē multipliciter dici: lz b nō ppter diuersitatē accidētiū vel ptiū dicit: imo pp diuersitatē ac multitudinē noiuz q̄ de deo dicunt: que lz multiplicia sint: vnuz tñ significāt. s. diuinaz naturam. hec. n. non ita accipiunt cū de illa icōmutabili eternaq; substātia icōparabiliter simpliciore q̄z est humanus animus dicunt: quēadmodū cū de creaturis dicūtur. Unde Augu. in li. vi. de tri. Deo inquit hoc est esse qō fortē eē vel sapiētē eē vel iustū eē. Et si qd de illa simplici multiplicitate vel multiplici simplicitate dixeris quo substātia ei⁹ significeꝝ: būano autē aio nō ē hoc eē qō est fortē eē aut prudērem aut iustū. pōt eni esse animus z nullā istarū habere virtutē.

¶ Tanta ē dei simplicitas q̄ nulli predicamentorum subiūcitur.

QUod aūt in diuina nā nulla sit accidētiū diuersitas nullaq; penit⁹ mutabilitas sed pfecta simplicitas: ostendit Aug. in. v. li. de trini. dicēs. Intelligamus deū quātū possum⁹ sine q̄litate bonū: sine quātitate magnū: sine idigentia creatorē: sine situ presentē: sine habitu omnia continentem: sine loco vbiq; totum: sine tempore sempiternuz: sine vlla sui mutatione mutabilia facientem nihilq; patiētē. Quisqs deū ita cogitat z si nōdū pōt inenire oio qd sit: pie tamen caueat quātum pōt aliqd de illo sentire qō nō sit. Ecce si subtiliter itendas ex his atq; predictis aperitur illa predicamenta artis dyalectice dei nature minime conuenire: q̄ nullis subiecta est accidentibus.

¶ Qz de⁹ nō ppie sed abusiue dicit suba.

NIde nec ppie dr suba: vt Augustinus li. vij. de trinitate ostēdit dicēs. Sic ab eo qō est eē appellaꝝ eēntia: ita z ab eo qō ē subsistere suba z dicimus: si tñ dignū ē vt de⁹ dicaꝝ subsistere. Hoc. n. de his reb⁹ recte itelligit: in quibus vt in subiectis sunt ea q̄ in aliquo: vt i subiecto esse dr. sicut in corpe color atq; forma. Corp⁹. n. subsistit z iō suba est. Res ꝙo mutabiles neq; simplices ppie dicūtur sube. Deus aūt si subsistit vt suba ppie dici possit ineest in eo aliqd tanq̄z in subo: z non est simplex. Nephas aūt ē dicere vt subsistat de⁹ z subsistit bonitati sue: z illa bonitas nō suba sit vel potius eēntia: neq; ipse de⁹ sit bonitas sua: lz in illo sit tāq̄z in subiecto. Uñ manifestū est deuz abusiue subam vocari: vt noie vsitatioze itelligatur essentia: qō vere ac ppie dr ita vt fortasse solum deū dici oporteat essentiā. Est. n. vere solus: quia incōmutabilis est.

¶ Qz nō est i deo aliqd qō nō sit de⁹.

HUius aūt essentie simplicitas ac sinceritas tāta est q̄ nō est i ea aliqd qō nō sit ipsa: sed idem est habens z qō habetur. Uñ Hylarius in. vij. lib. de trini. ait. Nō ex compositis ingt deus qui vita est subsistit: neq; qui virtus est ex infirmis continet: nec q lux ē ex obscuris coaptaꝝ: nec qui spiritus est ex disparibus formalis est. totum qō in eo est vnū est. Itē Hylarius in. viij. lib. de trini. Nō humano modo deus ex compositis ē: vt in eo aliud sit qō ab eo habeaꝝ: aliud sit ipse qui habeat: sed totū vita est natura. s. perfecta z infinita z nō ex disparibus constituta: sed vinens ipsa per totū. De hoc eodez Boetius in libro de trinitate ait. Quocirca hoc vere est vnum in quo nullus numerus: nulluz in eo aliud preter id qō est. neq; eniz subiectū fieri pōt. Augu. quoq; in lib. de fide ad petruz dicit. Jn dei substantia nō est aliquid qō non sit suba: quasi aliud sit ibi substātia: aliud qō accidit substantie: sed quicqd ibi intelligi pōt substantia est. Uerū hec dici possunt z facile credi: videri aūt nisi puro corde omnino nō possunt. Item Augu. in. xv. lib. de trinitate. Sic habetur in natura vniuscuiusq; trium: vt qui habet hoc sit quod habz. sicut imutabilis simplexq; substātia. Unde Isidorus ait. De⁹ simplex dicitur siue nō amittendo qō hz: siue qō aliud nō est ipse: z aliud quod in ipso est: z cū tante simplicitatis atq; sinceritatis sit natura diuina: est tamē in ea personarū trinitas. Unde Augustin⁹ in. xi. lib. de ciuitate dei ait. Nō ppter hoc naturam summi boni simplicē dicimus: quia pater est in ea solus: aut filius in ea solus: aut spiritus sanct⁹ solus. i. qz ē sola ista nominum trinitas siue subsistentia personarū

sicut sabelliani putauerūt: sed ideo simplex dicitur: quia est hoc qō habet: excepto q relatiue queq; persona ad alteraz dicit: nec est ipsa. Nam vtiq; pater habet filium ad quem relatiue dicit: nec tamē ipse est filius: z filius habet patrem: nec tamē ipse ē pater. Jn quo vero ad semetipsum dicit nō ad alterū. hoc ē qō habet sicut ad semetipsum dicitur viuus habēdo vitam: z eadem vita ipa ē. ppter hoc vtiq; natura hec dr simplex q̄ non sit aliud hns: z aliud id qō habet: sicut in ceteris rebus est. Nō eniz hns liquorez liquor est: nec corpus color: nec aia sapientia est. Ecce quāta est idētitas: quanta est vnitas z imutabilitas simplicitas puritas diuine sube iuxta infirmitatis nostre valitudinem assignauimus.

¶ Diuisio prime partis textus.

QStensa trinitate personarū in vnitate eēntie h incipit. pseq determinationez suā de his que pertinēt ad vtrūq; sunt aūt in diuinis tria. s. eēntia cōis psona distincta: ppietas distinguēs. diuidit g̃ h pars in duas. in pma determinat de istis sm se. in scda quo adiunicē cōparant. zz. di. ibi. (Pōt supradicta ꝛc.) Prima i tres. Jn pma determiat de eēntia. Jn scda de personis. 9. dis. ibi. (Nec ad psonaꝝ distinctionē) Jn 3ª determinat de proprietatibus. z6. di. ibi. (Nunc de ppietatibus.) Prima in tres sm tria attributa eēntie q̄ psequitur. pmo. n. determinat de eēntie vnitate. scdo de icōmutabilitate. ibi. (Dei etiaz solius ꝛc.) tertio de simplicitate. ibi. (Eadēq; sola ꝛc.) Circa pmū duo facit. pmo ostēdit veritatē diuine essentie. scdo remouet dubitationē. ibi. (Dic diligenter aduertendum ꝛc.) ¶ Questio. I.

QUIrca pmā partē distinctōis in qua agit de ppietate dini esse: duo q̄runt. Primo de ipso eē dino. Secūdo de mēsura eius. s. eternitate. Jn pmo tria queruntur. Primo vtz suū esse sit esse cuiuslibet creature. Tertio de ordine huius nominis qui est ad alia diuina nomina.

¶ Utrum esse, ppie dicaꝝ de deo. I.

AD primuz sic pcedit: vr q esse nō ppe dicaꝝ de deo. Illud eni est ppriū alicui qō sibi soli ꝛuenit: lz esse nō solū ꝛuenit deo: imo ēt creaturis. g̃ vr q eē nō ppie do ꝛueniat. ¶ P. nō possumus nominare deū nisi sm q̄ ipsum cognoscimus. Uñ Dama. vbū est angelus. i. nunci⁹ itellect⁹: lz nos nō possumus cognoscere deū in statu vie imediate: lz tñ ex creaturis. g̃ nec nōiare: cū igit g est nō dicat aliquē respectū ad creaturas: vr q nō ppe nomiet deū. ¶ P. sicut sapiētia creata deficit a sapiētia icreata: ita z esse creatū ab esse icreato: sed ppter hoc nomē sapiētie dicit deficere a perfecta significatiōe diuine sapiētie: qz est impositū a nobis sm apprehēsionē create sapiētie. g̃ videꝝ q̄ eadē ratiōe nec b nomē qui est ppie significet deū esse: z ita nō opz dici magis ppriū nomen eius q̄z alia nomina. ¶ Itē Dama. dicit: q̄ qui est nō significat quid est deus: sed quoddam pelagus sube infinitū: sed infinitū nō est comprehensibile. z per cōsequens nō nominabile: sed ignotum. g̃ videꝝ q̄ qui est nō sit diuinum nomen.

Jn. p. ra. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

Contra. ero.3. dñs dixit ad Moysen. Si quesierit nomẽ meũ ꝛc.g ꝛc. ¶ Hoc idem vr̃ ꝙ per Dama. dicẽtem ꝙ qui est maxime est ꝓpriũ nomen dei. ¶ Et per rabi moysen qui dicit. Hoc nomẽ esse nomen dei ineffabile ꝙ dignissimum habebatur.

Respondeo dõm: ꝙ g est. est maxie ꝓpriũ nomẽ dei inter alia noia. ꝛ rõ hui⁹ põt esse quadruplex. Prima sumit ex lra ex ver. Jõ. ſm pfectionẽ dini eẽ. Illud. n. est pfectũ cui⁹ nihil est extra ipm: esse aut nr̃m bꝫ aliqd sui extra se. Deest. n. aliqd: qõ iaꝫ de ipo preteryt. ꝛ qõ futurũ est: ſꝫ in diuio esse nihil preteryt nec futurũ est. ꝛ iõ totũ eẽ suũ bꝫ pfectuꝫ: ꝛ ꝓp hoc sibi ꝓprie respectu alioꝝ ꝓuenit esse. Secunda rõ sumit ex verbis Dam̃. g dicit: ꝙ g est significat eẽ idetermiate ꝛ nõ gd ẽ: ꝛ qz in statu vie hoc tñ de ipso cognoscimus: qz est ꝛ non gd est nisi ꝙ negatões ꝛ nõ possumus noiare nisi ſꝫ ꝙ cognoscimus. ꝛ iõ ꝓprissime noiat a nobis g est. Tertia rõ sumit ex verbis Dionysij ꝙ dicit ꝙ esse iter oẽs alias diuine bonitatis participatões sicut viuere ꝛ itelligere: ꝛ hꝫ ꝑmũ est: ꝛ quasi ꝑncipiũ alioꝝ ꝓhabẽs in se oia ꝑdicta ſm quẽdã modũ ynita: ꝛ ita etiã deus est ꝑn̄ diuinuꝫ: ꝛ oia sunt vnũ in ipso. Quarta rõ põt sumi ex verbis Auic̃. in hũc modũ: ꝙ cũ i omni qõ est sit cõsiderare gditatem suã ꝙ quã subsistit i natura determiata: ꝛ esse suũ ꝙ qõ dicitur de eo ꝙ est in actu. Hꝫ nomẽ res imponit rei a quiditate sua ſm Auicẽ. Hꝫ nomẽ qui est vel ens imponitur ab ipso actu eẽndi. cũ aũt ita sit ꝙ in qualibet re creata eẽntia sua differat a suo esse: res illa ꝓprie denomiat a gditate sua ꝛ nõ ab actu eẽndi. sicut hõ ab humanitate. in deo aũt ipm esse suũ est sua gditas. ꝛ ideo nomẽ qõ sumit ab esse ꝓprie nominat ipm: ꝛ est ꝓpriuꝫ nomẽ eius sicut ꝓpriũ nomẽ hominis qõ sumit a quiditate sua.

Ad primuꝫ g dõm: ꝙ cũ dr aliqd ꝓprie cõuenire alicui hꝫ põt itelligi dupliciter: aut ꝙ per ꝓprietatẽ excludat omne extraneũ a nã subiecti: vt cũ dicit ꝓpriuꝫ hominis esse risibile: qz nulli extraneo a natura homis cõuenit. ꝛ sic esse nõ dicit ꝓpriũ deo: quia cõuenit etiaꝫ creaturis. Aut ſm ꝙ excludit omne extraneum a nã ꝑdicati: vt cũ dicit hoc ꝓprie esse aurũ: qz nõ bꝫ admixtionẽ alterius metalli. ꝛ hoc modo esse dicit ꝓpriũ deo: qz nõ bꝫ admixtionẽ diuinũ esse alicuius priuatõis vel potẽtialitatis: sicut esse creature. ꝛ ideo ꝓ eodẽ in littera sumit ꝓprietas ꝛ veritas. verũ eniꝫ aũt dicimus esse qõ ẽ extraneo impermixtũ. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ ex creaturis ꝓtingit deũ noiari tripliciter. vno mõ quãdo nomẽ ipsiuꝫ actualiter cõnotat effectũ in creatura ꝓpter relationem ad creaturã importatã in nomine. sicut creatoꝛ ꝛ dñs. Alio modo quãdo ipm nomẽ nomiat ſm suã rõnem ꝑncipiũ alicuius actus dini in creaturis. sicut sapiẽtia potẽtia ꝛ volũtas. Alio mõ quãdo ipsiuꝫ nomen dicit aliqd repꝛesentatũ in creaturis. sicut viues. oĩs eni vita exemplata est a vita diuina. ꝛ similr̃ hoc nomẽ qui est noiat deũ per esse inuẽtuꝫ in creaturis: qõ exemplariter deductus est ab ipso. ¶ Ad 3m dõm: ꝙ cũ esse creature impfecte repꝛesentet dinũ esse ꝛ hoc nomẽ g est impfecte significat ipsum: qz significat ꝓ modũ cuiusdã concretionis ꝛ cõpositiõis: sed adhuc imperfectius significatur ꝓ alia noia. cũ. n. dico deũ esse sapiẽtem. tũc cũ in hoc dicto ĩcludat esse significat ibi duplex imperfectio. vna est ex parte ipsius esse cõcreti. sicut in hoc nomine qui ẽ: ꝛ supaddit alia ex ꝓpria rõne sapientie. Ipsa. n. sapientia creata deficit a rõne diuine sapientie: ꝛ ꝓpter hoc maioꝛ imperfectio est i alys noibus qꝫ in hoc nomine qui est. ꝛ ideo hoc est dignius ꝛ magis deo ꝓpriũ. ¶ Ad 4m dõm: ꝙ alia omnia nomina dicũt esse determinatuꝫ ꝛ particulatum. sicut sapiẽs dicit aliqd esse: ſꝫ hoc nomẽ qui est dicit esse absolutũ ꝛ ideterminatũ ꝓ aliqd additũ. ꝛ ideo dicit Damascen⁹ ꝙ nõ significat gd est deus: sed significat quoddã pelagus sube ĩfinitũ quasi nõ determinatuꝫ. vñ quãdo in deũ ꝓcedimus ꝓ viã remotõis. ꝑmo negamus ab eo corꝓoralia. ꝛ secũdo etiã itellectualia ſꝫ ꝙ iueniũtur in creaturis vt bonitas ꝛ sapiẽtia. ꝛ tũc remanet tñ i intellectu nostro qz est ꝛ nihil amplius. vnde est sicut in quadã cõfusione. ¶ Ad vltimũ aũt etiaꝫ hoc ipsum esse ſm ꝙ est in creaturis ab ipo remouemus. ꝛ tũc remanet in quadã tenebra ignorantie: ſm quã ignorantiam cõiungimur: vt dicit Diony. ꝛ hec est quedã caligo in qua deꝰ habitare dr̃.

¶ Utꝛ deus sit esse oĩum rerum. II.

Ad secunduꝫ sic ꝓcedit̃: videtur ꝙ deus sit esse oĩum rerũ. per id qõ dicit Diony. 4. cap̃lo cel. hier. esse oĩum est super esse diuinitatis. Hꝫ etiã idẽ dicit. 5. cap. de diui. no. Ipse deus est esse existẽtibus. ¶ P. nulla creatuta est per se: sed per aliud. esse aũt nõ est per aliud: qz si esset per aliud esse: iterum cadẽ questio eẽt de illo ꝛ sic in ĩfinitum ꝓcederet: ꝛ ita vr̃ ꝙ eẽ nõ sit gd causatũ: ꝛ ita est deus. ¶ P. ea que sunt ꝛ nullo mõ differũt sunt idẽ: sed deꝰ ꝛ esse rei sunt ꝛ nullo mõ differũt. g̃ sũt idẽ. ꝓhatio medie ꝙ sint manifestũ est: ꝙ aũt nõ differãt videt̃. quecũqꝫ. n. differunt aliq̃ differẽtia differũt: sed quecũqꝫ differũt aliqua differẽtia in se habent aliquam differẽtiam: ꝛ ita sunt composita. sicut homo habet in se rationale. cum igitur esse sit simplex. ꝛ similiter deus videt̃ ꝙ nõ differant.

Contra. nihil ẽ magis ĩ re qõ sit ynitũ sibi q̃ eẽ suum: sed deus nõ vnit̃ rebus: qõ pꝫ etiã per phꝫ lib. de causis. causa ꝑma regit oẽs res ꝓpreterq̃ commisceat cũ eis. g̃ deus nõ est oĩum esse. ¶ P. nihil bꝫ eẽ nisi iquãtũ participat diuinũ esse: qz ipsum est ꝑmũ ens: quare causa oĩs entis: sed omne qõ est participatũ in aliquo est in eo per modũ participantis: qz nihil põt recipe vltra mẽsuram suã: cuꝫ igit̃ modus cuiuslibet rei create sit finitus quelibet res creata recipit esse finitum: ꝛ inferius diuino esse: qõ est perfectissimuꝫ. ergo cõstat ꝙ esse creature quo est formaliter nõ est diuinũ esse.

Respondeo sicut dicit Ber. deus est eẽ oĩum nõ essentiale: sed causale: qõ sic pꝫ: inuenimus. n. tres modos cause agẽtis. s. cãm eguoce agentẽ: ꝛ hoc est qñ effect⁹ nõ cõuenit cũ cã nec noĩe nec ratiõe. sicut sol facit calorẽ g nõ ẽ calidus. ¶ Itẽ cãm vniuoce agẽtẽ qñ effectus conuenit in noĩe ꝛ ratõe cũ causa. sicut homo generat hominẽ: ꝛ calor facit calorẽ: neutro istoꝝ modoꝝ deꝰ agit: qz nihil vniuoce cõuenit cuꝫ ipso. nõ eguoce: cũ effectus ꝛ causa aliquo mõ cõueniãt in noĩe ꝛ ratiõe ſm ꝑus ꝛ posterius. sicut deus sua sapiẽtia facit nos sapiẽtes. ita tamẽ ꝙ sapiẽtia nostra semꝑ deficit a ratiõe sapiẽtie sue. sicut accidẽs a rõne entis ſm ꝙ est in subsstãtia. vñ est tertius modus causa agentis analogice. vñ pꝫ ꝙ diuinum esse ꝓducit esse creature in similitudine suã imperfecta. ꝛ ideo eẽ dinuꝫ dicit̃ esse oĩum rerum a quo omne eẽ creatũ effectiue ꝛ exꝑlariter manat.

Et per hoc pꝫ solutio ad dcm̃ Dionysij: qõ ita intelligendum est: vt pꝫ ex hoc qõ dicit super esse: si. n. deus esset eẽntialiter esse creature nõ eẽt super esse creatũ. ¶ Ad 2m dõꝫ: ꝙ esse creatũ nõ est ꝙ aliqd aliud: si ly. ꝙ. dicat causam formalẽ intrinsecam: imo ipso formaliter est creatura. sic aũt dicat causaꝫ formalẽ extra reꝫ vel cãm effectiuã sic est ꝓ diuinũ esse ꝛ nõ ꝓ se. ¶ Ad tertiuꝫ dicẽdum: ꝙ ꝑma non sunt diuersa nisi per

seipa: sed ea q̃ sunt ex ꝑmis differũt per diuersitatẽ ꝑmorum. sicut homo ꝛ asinus differũt istis differẽtys diuersis rõnale ꝛ irrationale: que nõ diuersificãtur alys differentys: sed seipsis: ita ẽt deus ꝛ esse creatũ non differunt aliquib⁹ differẽtys vtriq̃ superadditis: sed seipsis. vnde nec ꝓprie dicunt̃ differre: sed diuersa esse. diuersum eni est absolutũ: sed differẽs est relatũ ſm pr̃m. io. metaph. omne. n. differens aliquo differt: sed non omne diuersuꝫ aliquo diuersum est.

¶ Utꝛ B nomẽ g est sit ꝑmũ iter noia dĩna. III.

A B tertiũ sic ꝓcedit̃. videt̃. n. ꝙ hoc nomẽ g est nõ sit ꝑmũ iter dĩna noia. De ꝑoibus. n. ꝑus est agendũ: sed Diony. ꝓius agit de bono in lib. de diuinis noĩbus: q̃ de exĩte. g̃ vr̃ bonũ ꝑus esse ente. ¶ P. illud qõ ẽ cõius vr̃ eẽ ꝑus: ſꝫ bonũ est cõius q̃ ens: qz diuinũ esse extẽdit se tñ ad entia q̃ esse participãt: bonũ aũt extẽdit se ad nõ entia q̃ ẽt in esse vocat. dicit̃ enim bonũ a boare qõ est vocare: vt cõmen. dicit sup lib. de diuinis noĩb⁹. ergo bonũ est ꝑus q̃ ens. ¶ P. quecũqꝫ sũt eq̃lis simplicitatis. vnũ nõ est ꝑus altero: sed ens veruꝫ bonũ ꝛ vnuꝫ sunt eq̃lis simplicitatis: qõ pꝫ ex hoc ꝙ ad innuicẽ conuertunt̃. g̃ vnũ nõ est altero ꝑius.

Contra. ſm Diony. dĩna attributa nõ inotescũt nobis nisi ex eoꝝ ꝑticipatõib⁹ gbus a creaturis ꝑticipant̃: sed iter oẽs alias ꝑticipatiões esse ꝑus est: vt dr̃. 5. ca. de di. no. bis vbis. Añ alias ipsi⁹. s. dei ꝑticipationes esse positum est: cui ẽt dcm̃ phi ꝓnsat lib. de causis. Prima reꝫ creaturarũ est eẽ. g̃ videt̃ ꝙ ſm rõnẽ intelligendi in deo esse sit ante alia attribut[illegible] qui est iter alia noia. ¶ P. illud qõ est vltimũ in resolutiõe est ꝑmũ in esse: sed ens vltimũ est in resolutione intellectus: quia remotis omnibus alys vltimo remanet ens. ergo est ꝑmum naturaliter.

Respondeo dõm: ꝙ ista nomĩa ens ꝛ bonũ vnũ ꝛ reꝫ simpliciter ſm rõnez itelligẽdi ꝓcedũt alia dĩna nomina: qõ pꝫ ex eoꝝ cõmunitate. si aũt comparemus ea adinuicẽ hoc põt esse dupliciter: vel ſm suppositũ: ꝛ sic ꝙuertunt̃ adinuicẽ: ꝛ sunt idẽ in ꝓposito nec vnquã derelinquũt se: vel ſm itentiões eoꝝ: ꝛ sic simpliciter ꝛ absolute ens est ꝑus alys: cuiꝰ ratio est: qz ens ĩcludit̃ in intellectu eoꝝ: ꝛ nõ ecõuerso: ꝑmum. n. qõ cadit in imaginatiõe itellectus est ens. sine quo nihil põt apꝓhẽdi ab intellectu. sicut ꝑmum qõ cadit in credulitate itellectus sunt dignitates: ꝛ ꝓcipue ista. ꝛ tradictoria nõ esse simul vera. vñ oĩa alia ĩcludũtur quodãmodo in ente vnite ꝛ indistincte. sicut in ꝑncipio: ex quo etiã habet quãdã decentiã vt sit. ꝓprissimuꝫ diuinũ nomẽ. alia vo que diximus. s. bonũ verum ꝛ vnũ addũt super ens nõ quidẽ nãm aliquã: sed rationem: sed vnũ ad rationez indiuisionis: ꝛ ꝓpter hoc est ꝓpinquissimũ ad ens: quia addit tñ negatiõez. ye aũt ꝛ bonum addunt relationẽ quãdam: sed bonũ relationez ad finẽ. verũ relationẽ ad formã exemplarẽ: ex hoc eniꝫ vnũqõq; q̃ verum dicit̃: ꝙ imitat̃ exemplar diuinũ. vel relatiõez ad virtutem cognoscitiuam. Dicimus eniꝫ veruꝫ auruꝫ esse ex eo ꝙ hꝫ formam auri quã demonstrat: ꝛ sic fit verum iudicium de ipso. Si aũt considerentur ſm rõnem causalitatis: sic bonũ est ꝑus: qz bonũ hꝫ rõnem cause finalis. esse aũt rõnem cause exemplaris ꝛ effectiue tñ in deo. finis aũt est ꝑma causa in ratione causalitatis.

Ad primuꝫ dõm: ꝙ Dionysius tractat õ diuinis nominibus ſm ꝙ hñt rõnem causalitatis: put. s. manifestanẽ in participatiõe creaturarum. ꝛ ideo bonuꝫ ante existens determinat. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ

bonum est cõmunis nõ ſm ambitũ ꝓdicationis: qz sic cõuertit̃ cũ ente: sed ſm rõnẽ causalitatis: causalitas enĩ efficiẽs exẽplaris extendit̃ tñ ad ea q̃ participãt formã actu sue cause exemplaris. ꝛ iõ causalitas entis ſm ꝙ est diuinũ nomẽ extẽdit̃ tñ ad entia ꝛ vite ad viuentia: sed causalitas finis extẽdit̃ etiã ad ea que nõdũ participant formã: qz ẽt imperfecta desiderãt ꝛ tẽdũt in finẽ nõduꝫ participãtia rõnem finis: qz sunt in via ad eũ. vocat eniꝫ Diony. nõ ens mãm ꝓpter ꝑuatõez adiũctã. vnde etiaꝫ dicit. 4. cap. de di. no. ꝙ ipsum nõ ens desiderat bonum. ¶ Ad 3m dõm: ꝙ cõuertunt̃ ſm suppositũ cõsiderata: ſꝫ tñ ſm itentõez ens est simplici⁹ ꝛ ꝑus alys: vt dcm̃ est.

¶ Questio. II.

D einde queritur de mẽsura diuini esse que ẽ eternitas. Et circa hꝫ tria querunt̃. ꝑmo quid est eternitas. secũdo cui ꝓueniat. tertio vtꝛ de eterno verba diuersorum temꝑorum ꝓdicari possint.

¶ Utꝛ diffõ eternitat[illegible] a Boe. posita sit ꝓueniẽs. I.

A B ꝓmũ sic ꝓcedit̃: ꝛ ponit̃ diffinitio eternitatis. a Boe. ſ. de ꝓsola. eternitas est ĩterminabilis vite tota sit ꝛ pfecta possessio: ſꝫ vr̃ ꝙ ista diffinitio ĩconueniẽter assigneẽ. ĩterminabile. n. dicit negationẽ: ſꝫ negatio nõ certificat aliquid. g̃ videt̃ ꝙ in diffinitiõe eternitatis poni nõ debeat. ¶ Item ꝑma mẽsura respõdet ꝑmo mẽsurato: sed ꝑmũ iter mẽsurata est esse. ergo videt̃ ꝙ eternitas que est ꝑma mẽsura nõ debꝫ diffiniri per vitã: sed ꝓ esse. ¶ Itez simplex nõ bꝫ mẽsuraꝫ: ĩmo simplicissimo mẽsurant̃ oĩa alia ſm ꝑm: ſꝫ vita diuina est simplicissima. g̃ nõ respondet aliqd sibi in ratõe mẽsure: sed ipsa bꝫ rõnem mensure: ꝛ ita nec eternitas q̃ rõnem mẽsure dicit. ¶ Itẽ totũ dicit̃ respectu ꝑtiũ: sed de rõne duratiõis est ꝙ partes eius nõ sint simul: qz ipossibile est simul eẽ duas duratiões: nisi vna ĩcludat aliã sicut Augn. dicit. g̃ videt̃ duo opposita dicere cũ dicit tota simul. ¶ Itẽ totũ ĩcludit in se rõnẽ pfectiõis. g̃ videt̃ ꝙ pfecta superfluit. ¶ Itẽ eternitas bꝫ rõnem durationis: sed possessio nihil dicit ad duratõez pertinẽs. g̃ videtur ꝙ nõ dꝫ poni in diffinitõe eternitatis ad minus in recto ꝛ sicut genus: quia qõ sic ponitur in diffinitiõe alicuius debet dicere quid sit diffinitum.

Respondeo dõm: ꝙ eternitas dr̃ q̃si ens ex terminos. esse aũt aliqõ põt dici terminatũ tripliꝛ: vel ſm duratõez totã: ꝛ hoc mõ dr̃ termiatũ ꝙ hꝫ ꝑncipiũ ꝛ finẽ: vel ratõe ꝓtiũ duratõis: ꝛ hoc mõ dicit̃ terminatũ illud: cui⁹ q̃libet pars accepta termiata est ad ꝓcedes ꝑns ꝛ sequẽs. sic ẽ accipe i motu: vel rõne suppositi in q̃ eẽ recipit. eẽ. n. recipit̃ i aliq̃ ſm modũ ipsi⁹. ꝛ iõ termiat̃ sicut ꝛ q̃libet alia formatio q̃ de se cõis ẽ: ꝛ ꝙ recipit̃ i aliquo termiat̃ ad illud. ꝛ hoc mõ solũ dinuꝫ eẽ nõ ẽ termiatũ: qz nõ ẽ receptũ in aliq̃ qõ sit diuersum ab eo. ¶ Dico g̃ ꝙ ad excludẽdã ꝑmã termiatõz q̃ ẽ ꝑncipiu ꝛ finis totius duratiõis ponit̃ ĩtermiabilis vite. ꝛ ꝙ hoc diuidit̃ eternũ ab his que generant̃ ꝛ corꝛumpunt̃. ¶ Ad excludẽdũ aũt secũdã terminatiõez. s. partiuꝫ duratiõis addit̃ tota simul. ꝑ hoc. n. excludit̃ successio ꝓtiũ ꝙ qua vnaqueq̃ pars finita est ꝛ trãsit: ꝛ per hoc diuidit̃ eternũ a motu ꝛ tpe ẽt si semꝑ fuissent ꝛ futura eẽnt: sicut quidã posuerũt. ¶ Ad excludẽdũ tertiã termiationem que est ex parte recipiẽtis addit̃ perfecta. illud enĩ in quo nõ est esse absolutũ: sed terminatũ ꝑ recipiens nõ bꝫ esse perfectũ: sed illud solũ qõ est suũ esse: ꝛ per hoc diuidit̃ esse eternũ ab esse reꝫ ĩmobiliũ creaturaꝝ que habẽt esse ꝓticipatuꝫ. sicut ſpirituales creature.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad primuz g̃ dom: q̃ simplicia ⁊ pcipue diuina nullo mõ meli⁹ manifestanť q̃ p remotionẽ: vt dicit Dio. cui⁹ rõ ẽ: q: ipsoz eẽ itellect⁹ perfecte nõ põt cõprehendere. ⁊ iõ ex negatõib⁹ eoz q̃ ab ipso remouẽť mãuducíť itellect⁹ ad ea aliqualr cognoscẽda. vñ ⁊ pũct⁹ negõne diffinit: ⁊ pterea ī rõne eternitatis est ḡdã negatio inquãtũ eternitas ẽ vnitas: ⁊ vnitas ẽ idiui sio: ⁊ hꝫ nõ pñt fine negõne diffiniri. ¶ Ad 2m dom: q̃ viuere hꝫ large sumiťad omne eẽ. fm ẽt q̃ Aug. dicit: q̃ qli bet mutatio creature aliq̃ moꝛs ei⁹ ẽ. Uel dꝺz q̃ qz in il lo q̃ solus hꝫ eternitatẽ eẽ ⁊ viuere sunt oino idẽ. iõ rõne eius in quo ẽ eternitas posuit eternitatẽ mẽsuram vite. ¶ Ad 3m dom: q̃ viuere ⁊ eẽ dñr p modũ actus: ⁊ qz cui libet actui rñdet mẽsura sua. iõ opꝫ vt diuino esse ⁊ vite dine itelligať adiacere eternitas q̃si mẽsura: q̃uis realr nõ sit aliud a dino eẽ: ⁊ qz viuere magis hꝫ rõnem actus q̃ esse. iõ forte diffinit eternitatẽ p vitã poti⁹ q̃ per esse. ¶ Ad 4m dom: q̃ in successiuis ẽ duplex iperfectio. vna rõne divisionis: alia rõne successiõis: qz vna ps nõ est cum alia parte. vñ nõ hñt eẽ nisi fm aligd sui: vt aũt excluda tur ois imperfectio a dino eẽ: opꝫ ipm itelligere sine aliqua diuisione partiũ pfectũ: ⁊ hoc dicit hꝫ nomẽ tota. nõ enī dicit rõnẽ ptiũ. Itẽ opꝫ ipm itelligere sine successiõe ⁊ hoc importať p aduerbiũ simul. ¶ Ad 5m dom: q̃ imperfectio esse põt ꝺsiderari dupl̃r: vel quãtũ ad durationẽ: ⁊ sic dr esse imperfectũ cui deest aligd de spatio durationis debite: sicut dicimus vitã hois g moziť in puericia iperfectã vitã: ⁊ talis iperfectio tolliť p ly. tota. est etiaꝫ quedã iperfectio q̃tũ ad modũ hñdi: sicut ois creatura hꝫ iperfectũ esse. ⁊ talis iperfectio tolliť per ly. perfecta. vñ nõ supfluit. ¶ Ad 6m dom: q̃ duratio dicit quandaꝫ distẽsionẽ ex rõne nois: ⁊ qz in dino esse nõ dꝫ itelligi aliqua talis distẽsio. ideo Boe. nõ posuit durationẽ: ſz possessionẽ metaphozice loquens ad significandũ getẽ diui ni esse. illud. n. dicimus possidere q̃ quiete ⁊ plene habemus: ⁊ sic deus possidere vitam suam dicitur: quia nulla inquietudine molestatur.

¶ Utꝛ eternitas tñ deo ꝺueniat. II.

Ad secunduz sic ꝓcedit: vr̃ q̃ eternitas nõ tñ deo ꝺueniat. Eternitas. n. nõ est nobilioꝛ q̃ bonitas: ſz bonitas cõicať cũ creaturis: ita q̃ ab vno deo creatura sit bona. g̃ vr̃ q̃ sil⁹ eternitas vt alia ab ipso sit eterna. ¶ P. Dan. xiiq ad iusticiã eruditi mltos fulgebũt: q̃si stelle ī ppetuas eternitates: ſz pl̃es eternitates nõ fũt vn⁹ eterni. g̃ vr̃ q̃ sint pl̃a eterna: ⁊ nõ tñ de⁹. ¶ P. in ps. illuminans tu. mira. a mon. eternis. sed mõtes sunt creature. g̃ etiaꝫ creature sunt eterne. ¶ Sil⁹ etiã ignis iferni dicit eter⁹ Mat. xꝟ. Ite maledicti in ignẽ eternũ. g̃ ⁊c. ¶ Itez phs dic: q̃ oẽ nẽciuz est eternũ: sed multa sunt nẽcia. g̃ ⁊c. ¶ Duic etiã cõsonat q̃ dicit Augu. q̃ veritas eterna est.

Contra, eternũ est esse interminatũ: vt dictum est: sed solus deus est hꝫ. ergo ⁊c.

Respondeo dõm: q̃ sicut ex ꝓdicta diffinitione pꝫ: eternitas nõ põt nisi deo cõuenire simplr ⁊ absolute fm pfectã rõnẽ eternitatis: ſz fm q̃ aliq̃ pticipať de interminabilitate eternitatis aliquo mõ dñr eterna pticipatiue: q̃ꝺ nullo mõ interminabilitatẽ participat nullo mõ eternũ dr: sicut tẽporale q̃ꝺ icipit ⁊ finiť: dico g̃ q̃ quibusdam cõicať interminabilitas fm q̃ excludit terminũ durationis ex parte post: ⁊ hꝫ mõ ignis inferni dr eternus: qz nunq̃ finieť. vt ꝛ aũt aliq̃ꝺ eternũ possit esse q̃ꝺ nõ hẽat pn⁹ durationis quereť in pncipio secundi. Aliq̃bus aũt creaturis cõicať interminabilitas fm

q̃ excludit terminationẽ que est ex successione partium ⁊ iste sunt spũales creature quoꝛ esse est totũ simul: sed interminabilitas q̃ excludit oẽm iperfectionẽ nõ cõicať alicui creature cũ nulla creatura possit esse perfecta simpliciter: sed cõicať sibi pfectio quedã. s. quã nata est creatura attingere vt sit pfecta fm suã nãm: ⁊ sic angeli ⁊ homines beati sunt pfecti: qz totuz hñt id ad q̃ꝺ eoꝛ nã capaꝛ est. vñ angeli beati magis sunt in pticipatiõe eternitatis q̃ in nãlib⁹ tñ ꝺsiderati. Ex hꝫ põt colligi dñntia inter eternitatẽ. euũ. ⁊ tẽs. illud. n. q̃ꝺ hꝫ potẽtiã nõ recipiẽtem actũ totuz simul mẽsurať tpe. hꝫ. n. hꝫ esse terminatũ: ⁊ q̃tũ ad modũ participãdi: qz esse recipiť in aliq̃ potẽtia: ⁊ nõ est absolutũ quãtũ ad ptes duratõis. illud aũt q̃ꝺ hꝫ potẽtiã differẽtẽ ab actu: ſz que totuz actũ sil⁹ susciat mẽsurať euo. hic. n. nõ hꝫ nisi vnũ modum terminationis. s. qz esse eius est receptuz in alio a se: vt dcñ est. illud vo q̃ꝺ nõ hꝫ potẽtiã differẽtẽ ab esse mẽsurať eternitate. hꝫ. n. esse est oĩmodo interminatũ. vñ pz etiã q̃ euũ nõ est nisi quedam eternitas participata.

Ad primuz g̃ dom: q̃ quãuis diuina bonitas sit cõicabilis: nõ tñ fm modũ altissimũ put est in deo. vñ summa bonitas nõ cõicať: ⁊ qz eternitas dicit esse fm altissimũ modũ q̃ est in deo. ideo nõ cõmunicať: sed esse absolute sumptũ cõicať sicut ⁊ bonuz.

¶ Ad 2m dom: q̃ Damel accipit ibi eternitates participatas in beatis q̃ erũt plures fm pl̃es beatos. ¶ Ad 3m dom: q̃ mõtes eterni pñt dici ipsi angeli qui dñr eterni participatiue: vt dcñ est. Uel dꝺz q̃ põt itelligi ẽt ad literam de mõtib⁹ coꝛpoꝛalib⁹: ⁊ dñr eterni ꝓpter lõgeuitatem dur. ⁊is. ¶ Ad 4m dom: q̃ ignis inferni dicit ẽt eternus inquãtũ participat aliquã cõditionẽ eternitatis. s. nõ habere finez. ¶ Ad 5m dom: q̃ necessaria sunt eterna tñ in mẽte diuina. sicut etiã veritates enũciabilium fuerunt ab eterno in deo ⁊ non aliter nisi ponerenť creature ab eterno sicut pñi posuerunt.

¶ Utꝛ verba tpalia possint dici de deo. III.

A tertiuz sic ꝓcedit: vr̃ q̃ verba tpalia nõ pñt dici ꝺ deo. Unicuiq̃. n. rñdet ꝓpria mẽsura: sed tẽs est ꝓpa mẽsura motꝰ: cũ igiť in deo nullus sit motꝰ: vr̃ q̃ ꝺ deo nullũ tẽporale dici possit. ¶ Itẽ q̃ñcuq̃ aliqꝺ ipoztãs aliq̃ ꝺditoez coꝛpoꝛalez dr de deo metaphozice vel symbolice dr: ſz tẽs est ꝺditio ꝓis ipsa coꝛpoꝛa: qz sequiť motũ ⁊ motus magnitudinẽ fm phm. g̃ vr̃ q̃ q̃ñcuq̃ aliqꝺ vbũ tpale dr de deo: q̃ sit metaphice dcñ. ¶ Item vr̃ q̃ tñ pñs de deo debeat dici. Eternitas. n. que est mẽsura diuini eẽ fm rõnez itelligẽdi caret successione: ſz solũ pñs nõ icludit successionẽ. pteritũ. n. ⁊ futuꝛ dñr p relationẽ ad pñs ⁊ nõ econuerso: ⁊ relatio illa est in ordine successionis. g̃ solũ pñs de deo debz dici. ¶ Itẽ videť q̃ pteritũ. Diuinũ. n. esse est perfectuz: sed inter alia tẽpoꝛa pteritũ magis sonat perfectionem. g̃ de deo maxime dici dz. ¶ Itẽ videť q̃ preterituz imperfectũ: qz Jo. in pn⁹ euan. sui altissime de deo locutus est: ſz ipse ibi vtiť vbis pteriti imperfecti tẽporis ad designandũ dinã eternitatẽ: dicẽs. In pncipio erat verbũ ⁊c. g̃ videť q̃ ista vba maxime cõpetãt ad significandũ diuinaz eternitatẽ. ¶ Itẽ videť q̃ futuꝛ. Diuinum. n. esse maxime distat a defectu: cũ igiť futuꝛ remotius sit inter alia a deficiendo: videť q̃ maxime cõpetat in diuinis.

Respondeo dõm: q̃ enũciatio nõ põt fieri ꝺ aliquo nisi fm q̃ cadit ī cognitõez. oẽ aũt cognoscẽs cognoscit fm modũ suũ: vt dicit Boe. lib. de ꝺso. ⁊ iõ qz rõ nr̃a ꝺnãle hꝫ fm statũ vie accipe cũ tpe ꝓpter hꝫ q̃ eius cognitio oriť a sensibilib⁹ q̃ in tempoze

sunt. iõ nõ põt formare enũciatiões nisi p vba tpalia. vñ cogiť ꝺ deo enũciãs vbis tpalib⁹ vti: q̃uis itelligat eũ supra tẽs esse: nihilominꝰ tñ iste locutões nõ sunt false. Diuinũ. n. eẽ: vt dicit Dio. paccipit sicut cã i se oẽ q̃tũ ad id q̃ꝺ ẽ pfectiõis in oibus. ⁊ iõ enũciamus de ipso verba oĩum tẽpoꝛ. ꝓpter id q̃ꝺ ipse nulli tẽpori deest: ⁊ gcgd ẽ perfectionis in omnibus tẽpoꝛibus ipse hꝫ.

Biblioteca

est idem nūcius ⁊ ad quē fit missio: sed in missione filij ⁊ spūs sci angeli se habēt vt nūcij: qz custodiūt ⁊ suggerūt. ergo videt ꝙ ad eos nō fiat missio: qz sic oporteret ire in infinitum. ¶ Sed cōtrarium habetur ex lra.

¶ Ulteriꝰ q̄rit vtrū ad xp̄m ſm ꝙ hō possit fieri missio. Videt ꝙ nō. missio. n. semper ē ad distās: ſz humana nā nunq̄ fuit ī xp̄o distās a dīa: imo a p̄nᵒ ꝓceptōis sue fuit ꝓiūcta p vnionē: ⁊ p plenitudinē ois gr̄e. ḡ vr̄ ꝙ ad eū nō fiat missio. ¶ P. missio ē ad scificāduz creaturā: scificat aūt qđ nō ē scm: cū igit̄ xp̄s nūq̄ fuerit nō sanctus: vr̄ ꝙ ad eū nō possit fieri missio. ¶ Cōtra missio spiri. sancti ē ip̄a datio: ſz spiri. sanctᵘ datᵘ ē xp̄o: vt dr̄ Jo. 3. Non. n. ad mensurā dat̄ deus ad deū fit missio. ¶ P. missio visibilis est signū inuisibilis: sed ad xp̄m facta est missio visibilis spir. sancti ī colūbe spē. Matth. 3. ḡ ⁊ inuisibilis.

Respondeo dr̄: ꝙ cū missio dīne psone sit solū in donis gr̄e gratū faciētis: ad illos solū fit missio qbus hꝫ dona ꝓferri p̄nt. ⁊ iō ꝓcedimus ꝙ ad oēs rōnales creaturas pōt fieri missio nisi sint depranate per obstinationē in malo sicut demones ⁊ dānati ⁊ non ad irrationales creaturas.

Ad primuz igit̄ dōm: ꝙ scificari tripl'r dr̄. Unoᵐ ſm ꝙ sanctū dr̄ mūdum, put scificatio dr̄ emūdatio a pctō p gr̄am. Alio mō ſm ꝙ sanctū dr̄ firmū: dr̄ scificatio ꝓfirmatio in bono p donū gr̄e vel gloríe. Et istis duobᵘ modis est tn̄ in rōnali creatura: ⁊ ſm hos tn̄ fit missio. Tertio mō dr̄ scificatio ſz ꝙ aliqd ac ꝓmodat̄ ad vsuz dīni cultᵘ: quē decet oīs mūditia: ⁊ hoc mō dr̄ r tēplū ⁊ vasa scificari. ¶ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ in sacris nō habet gr̄a sicut in subo gr̄e: ſz sicut in instō in quo cōfert gr̄a. De hoc tn̄ habebit̄ in 4°. vñ sanctificatio sacrorum ptinet ad tertiū modū: ſm quē nō fit missio. ¶ Ad 3ᵐ dōm: ꝙ missio ptinet ad reditū creature in finē. ⁊ ideo nō pōt eē missio nisi ſm illa q̄ pñt dicere rel'onez in finē: ſz gñatio filij iquātū filius est dr̄ tn̄ ſm exitus a p̄nᵗ. ⁊ iō ſm rōnē illā nō ptinet ad missionē: ſz magis ad creatōez ſm ꝙ res educunt̄ in esse, put dr̄ ꝙ p filiū oia facta sunt: ſz rō vbi ⁊ amoris possunt se hēre ad vtrūq̄. ⁊ ideo ratio verbi ⁊ amoris pertinet ad creationem ⁊ ad missionem.

¶ Et preterea imitatio diuine nature quā filiᵘ perfecte accipit est etiā ſm p̄mos effectus qbus in eē nature subsistimus: qui nō sufficiūt ad talē cōiunctionis rationem qualem missio requirit. ¶ Quartum cōcedimus.

¶ Ad id qđ ulteriᵘ q̄rit dōm: ꝙ filius ⁊ spiri. sanctᵘ dicūtur mitti ad sanctos ſm augmētū gr̄e. Sz augmētuz gr̄e pōt eē dupl'r: aut ſm itēsionē eiusdē vtutis tn̄: ⁊ rōne huius augmēti nō dr̄ noua missio: aut ſm ꝙ p augmētū gr̄e pficit in nouū vsuz vel actū gr̄e: ⁊ ſm hoc dr̄ spiri. sanctᵘ ⁊ filiᵘ mitti noua missiōe. vbi gr̄a. Noticia talis q̄ habet̄ de deo vt ex ea ꝓcedat amoꝛ sufficit ad rōnez missionis filij. Qñ aūt ita noticia p ispirationē eleuat̄: vt etiā diuina mysteria cognoscat sic dat̄ in dono spp̄hie. Et sil'r est de spiri. sancto: qz amoꝛ charitatis qcunq̄ sufficit ad missionē spiri. sancti: ſz qñ vtus amoris excrescit vt rōne amoris ꝓferat̄ sibi aliqa ali' vsus gr̄e: vt miracula facere: vel sine difficultate oēm tēptationē vincere vel aliqd hꝫ. tūc dr̄ eē noua missio spir. sancti. Quidā tn̄ dicūt ꝙ in omni augmēto gratie gratū faciētis est missio diuine persone: qđ etiā facile pōt sustineri. ¶ Ad p'm igit̄ dōm: ꝙ quāuis nō sit alius modus accipiēdo generales modos: tn̄ est secundū aliquē spālem modū iquantū ſm spālez vsuz gratie assimilat sibi illū ad quē fit missio. Uel ēt est ī eo pluriori mō. ⁊ hoc sufficit ad missionē quātū ad secūdā opinionē. ¶ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ revocare aberrātez accidit missioni ex pte eiᵘ ad quē fit missio, q̄ est in culpa. missio enim determinat terminū ad quē: vt ſ. p missionē gr̄a cōferat: nō aūt ex rōne missionis determiat terminus a quo: sine sit status culpe: sive sit status nāturā tn̄: vel ēt status miseriꝛ gr̄e. Uel dōm ꝙ q̄uis nō revocet actu errātem: tn̄ gr̄a facit ne erret. ⁊ hec ē q̄dam revocatio ab erroꝛe.

¶ Ad id qđ ulteriᵘ q̄rit de angelis ⁊ beatis dōm: ꝙ visio que est eētialis beatitudini: ⁊ charitas: ⁊ hꝫ q̄ pertinēt ad p̄miū subale nō augent̄ in eis ex quo iaz bti sunt effecti: ſz p hoc nō tollit̄ gn aliq̄ revelationes noue fiāt ī eis: cū quātūcūq̄ pficiat eoꝝ cognitio in infinituz a dei cognitione excedat: ⁊ ſm illas nouas revelationes cōsurgunt ad dei amoꝛē: nō qdē vt magis ament: ſz vt sub alia rōne eoꝝ amoꝛ dirigat̄ in deū. ¶ Dōm igit̄ ad p̄mum ꝙ angelis facta est missio filij ⁊ spūs sci in ipsa collone gr̄e vl' glorie. Ulterius ēt fit ad eos missio filij ⁊ spūs sci posit̄q̄ beati sunt effecti ſz nouas revelatiōes ⁊ nouos modos amādi. Et p hoc pz rn̄sio ad p̄muz: qz q̄uis nō fiat ad eos missio ſm augmentū gratie itensiue: fit tn̄ ſm ꝙ quodāmō eoꝝ gr̄a extēsiue ad pl'a augeť ex nouis revelationibus.

¶ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ in eadē missiōe nō est idez nūcius ⁊ ad quē fit missio: sed in diuersis nō ē incōueniens. Dico igit̄ ꝙ in missiōe dīnaꝛ psonarū ad nos angeli sunt missi vel nūcij: nō tā q̄ ipsi mēti illabētes: ſz p ministeriuz exteriᵒ. In missione vō que fit ad eos nō sunt ipi sicut nūcij: nisi forte ſm ꝙ superiores angeli cooperant̄ diuinis psonis in illuminatiōe inferioꝝ: sed tn̄ nō erit abire in infinitū: qz est deuenire ad supremos angelos qui immediate lumen diuine revelationis recipiunt.

¶ Ad id qđ ulteriᵘ q̄rit de xp̄o dōm: ꝙ nō ē dubiū gn ad humanā nām in xp̄o missus sit dei filiᵘ missiōe visibili q̄ est in carnē. Sz vtz ad xp̄m ſm ꝙ hō est mittat̄ filiᵘ inuisibiliter: vel spiri. sanctᵘ visibil'r vel inuisibil'r dubiuz est. Quidā. n. dicūt ꝙ ad ipz nulla inuisibilis missio facta est. Cuiᵘ rōnē assignāt. Qz xp̄s ab initio ꝓceptionis sue pienᵘ fuit omni gr̄a. vñ gr̄a in eo nullo mō fuit augmētata. Et iō nec; rōne coll'onis gr̄e: nec; rōne augmēti pōt ad eum fieri missio inuisibilis: sed missio visibilis spiri. sancti ad ipsuz facta est ad manifestationē iteriozis gr̄e ⁊ nō alicuius missionis iteriozis que aliquā nouitatē in gr̄a impoꝛtaret. ¶ Alij dicūt ⁊ verius vt videt̄ ꝙ ad aiam xp̄i fcā est missio inuisibilis in coll'one gr̄e quā in initio sue cōceptiōis accepit: sed postmodū nulla missio ad eū facta est: quia nulla circa ipsius gratiā innouatio facta est. ¶ Ad p̄mū dōm: ꝙ humana nā q̄uis tpe nō fuerit añ vnionē: tn̄ pus est ipsaz cōsiderare ſm itellectū in se q̄tū vt vnitam. ⁊ iō ad ipsaz fit missio filij p gr̄am vnionis: que dicitur missio ī carnē. Simil'r ēt ſm ꝙ itelligit̄ vnita adhuc est distans a dīna nā ſm cōditionē nāe: q̄uis nō ſm vnitatem psone. ⁊ iō ad nām humanā ēt vnitā pōt fieri missio p gr̄am inuisibilē in mētem: cuius tpe nā gratiā nō preceedat. ¶ Ad 2ᵐ dōs: ꝙ scificare est sanctū facere: sanctū aūt facere cōtingit dupl'r: vel ex nō scō: vel ex sancto. Ex nō sancto dupl'r. Uel puatiue. i. ꝙ p̄mum fuerit natū habere scītatē nō hīs. ⁊ sic sanctificari nō ꝓuenit xp̄o. Uel negatiue: ⁊ sic cōuenit xp̄o: ex nō sancto fieri scūm ſz humanaz nām: que pus q̄ esset: scā nō erat. ⁊ hoc sufficit ad rōnem missionis. Ex sancto aūt fieri sanctum est duplicit̄. Uel ex min⁹ sancto facere magis sanctū ⁊ in tali sanctificatiōe adhuc saluat̄ rō missionis. Sz talis scificatio vel missio xp̄o nō cōpetit: vel ſm ꝓtinuatōez scītatis: vt sit scificari in scītate cōtinuari: sed hoc p̄pe nō dr̄. ¶ Ad 3ᵐ scificatio nō sufficit ad rōnez missionis: qz nō ponit̄ aliq̄ innouatio q̄uis talis scificatio xp̄o cōueniat: vt ipse dicit Jo. 17. Ego p eis sanctifico meipsum. ¶ Ad 3ᵐ ſm aliaz opinionē pōt dici ꝙ nō omnis datio est missio: ſz illa que fit alicui p̄exīti: quāuis hoc nō multū habeat rationis.

¶ Ad quartū pz responsio per p̄dicta.

¶ Utr̄ missio inuisibilis fuerit plenioꝛ post incarnationem q̄ ante. II.

Ad secunduz sic ꝓcedit̄: vr̄ ꝙ missio inuisibilis nō plenioꝛ fuerit post icarnationē q̄ añ. missio enī fit p q̄dā irradiationē dīne bōitatis ī donis gr̄e gratū faciētis: ſz sol cozpal' cui bonitatē diuinā Dio. ass. milat. 4. cap. de di. no. semp eq̄liter irradiat. ḡ videt̄ ꝙ missio omni tpe equaliter fiat. ¶ P. Augu. dicit ꝙ celibatus Job. nō ꝑfert cōiugio abrae: ⁊ ita videt̄ ꝙ sancti no. te. non sint maioris meriti q̄ sancti ve. te. sed plenitudo missionis attēdit̄ ſm copiā gr̄e que est p̄nᵐ merēdi. ḡ vr̄ ꝙ nō plenᵘ sit facta post incarnationē q̄ ante. Dec ēt vr̄ ꝙ sancti ve. te., pponunt̄ nobis in exemplum perfecte virtutis. sicut pz ad Deb. xi. vt Job ꝓponit̄ in exemplum patiētie. Abrahā in exemplū fidei. ⁊ sic de alys.

Contra. Augus. 3. de tri. exponēs illud Jo. 7. nōduz erat spūs datᵘ ⁊c. quo hoc intelligit̄ nisi ꝙ illa datio spūs vel missio futura erat q̄lis nūq̄ ante fuerat. nō. n. antea nulla erat: ſz nō talis erat. ḡ vr̄ ꝙ post incarnatōem plenioꝛ fuerit. ¶ P. tps icarnationis dr̄ tps plenitudis. Ha. 4. Nō aūt nisi pp plenitudinez gr̄e. ḡ vr̄ ꝙ pleniᵘ gr̄a collata sit ⁊ missio facta hꝫ tpe q̄ añ.

Respondeo dōm: ꝙ de missiōe posſumus log dupliciter. Uel ex pte ipsiᵘ mittentis: ⁊ sic cū apud ipsuz nulla sit trāsmutatio equalis fit missio in omni tpe: nisi forte ſm p̄determinatōez sapie ⁊ pscie tie sue: ſz ꝙ p̄ordinauit sine sui mutatiōe ſz diuersas cōgruitates tēpoꝛ aliqd vno tpe facere ⁊ non alio. Uel ex pte eoruz ad quos fit missio: ⁊ sic illi q magis sunt parati ad pceptionē gr̄e plenioꝛē gratiā ꝓsequunt. ¶ Dōm igitur ꝙ qz per aduentū xp̄i remotū est obstaculū antique dānatiōis totū humanū genus effectū est patiᵘ ad perceptionē gr̄e q̄ ante: tum pp solutionez pcy ⁊ victoriā dyaboli. tū etiā ꝑpter doctrinā xp̄i per quā clarius nobis innotescūt diuina. ⁊ iō loquēdo cōiter, plenioꝛ facta est missio post icarnatiōez q̄ ante: qz de plenitudine eiᵘ oēs accepimus. Sz vez est ꝙ q̄si ad aliquas spāles psonas est in ve. te. plenissima facta missio ſm pfectionem vtutis: ⁊ ipsi tn̄ de plenitudine xp̄i acceperūt inquātuz in fide mediatoris saluati sunt ſm Augustinum.

Ad primuz igit̄ dōm: ꝙ illa rō pcedit ex pte ipsiᵘ mittētis: q q̄tū in se est semp eq̄liter se hꝫ ad gr̄am cōferēdā. ¶ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ sci ve. testa. dupliciter pñt ꝓsiderari. Uel q̄tuz ad gr̄am psonalē ⁊ sic p fidē mediatoris ꝓsecuti sunt gratiā eque plenaz his qui sunt in no. te. ⁊ multis plus ⁊ multis minᵘ. Uel ſm statū nāe illiᵘ tpis: ⁊ sic cū adhuc ꝓtinerent̄ obnoxy dīne sentētie, p peccato p̄mi parētis nōdū soluto pretio erat in eis aliqđ impedimētū vt nō ad eos: ita plena missio fieret sicut fit in nouo testa. etiā per traductōez in gloriā in qua omnis perfectio nāe amouetur.

¶ Utr̄ per missionē inuisibilē efficimur ne simus in (hoc mundo. III.

Ad tertiuz sic ꝓcedit̄: vr̄ ꝙ per missionem inuisibilē efficimur ꝙ nō ī hoc mūdo simus. Qui. n. ē ī celis nō ē in mūdo: ſz apl's in persona oium sanctoꝝ dicit pbi. 3. Nra ꝓuersatio in celis ē. ḡ videt̄ ꝙ sancti ad quos fit missio nō sint in mūdo. ¶ Itē Augu. dicit ꝙ aīa veriᵘ est vbi amat q̄ vbi est: ſz esse eētialr in aliquo est verissimus modus essendi in eo. ḡ sancti essentialiter sunt in celestibus que amant. ¶ P. cū aīa sit suba incozporalis nō determinat̄ ad locum nisi per accidens. ibi ḡ erit aīa essentialiter vbi est ꝙ accidēs: sed in suo obiecto est aīa ꝙ accidēs sicut in sua mā. ḡ eēntialiter est vbi est suū obm. ¶ P. nos dicimus angelos eē in aliquo loco: ꝑpter hoc ꝙ ibi operant̄: sed opatio anime est circa obm. ergo anima essentialr est vbi est suum obiectum.

Contra. forma nunq̄ excedit id cuiᵘ est forma: sed aīa est forma eēntialis cozporis. ḡ nō ē eēntialiter nisi vbi est cozpus: cozpᵘ aūt nunq̄ est extra mūduz q̄diu viuimus. ergo missio inuisibilis non facit nos in hoc mundo nō esse.

Respondeo dōs: ꝙ aīa nra cōparat̄ ad duo. s. ad cozpus cui dat esse subale: per qđ ēt ipsa est. nō. n. est aliud aīe esse q̄ hoc qđ cozpori dat: vt sic p̄a dcīn est. Comparat̄ etiā ad obiectū suū a quo recipit esse ſm perfectionē secundā: qđ est eē accītale. Et iō aīa eēntialr est vbi est cozpᵘ suū ad qđ hꝫ eēntialē relationē. Ubi aūt ē obm suū nō est eēntialr: ſz solū p quādā cōformitatē, put dr̄ ꝙ scia est assimilatio sciētis ad rē scitaz.

Et hoc modo itelligit̄ qđ dr̄ in lra ſm ꝙ aliqđ eternū mente percipimus nō in hoc mūdo sumus: qz nō cōformat̄ affectus noster ⁊ intellectus mūdanis rebᵘ caducis: sed celestibus ⁊ eternis: ⁊ sic ēt itelligēdū ē qđ apls dicit. Nra ꝓuer. ē. ¶ Uñ pz respōsio ad p̄mū. ¶ Ad 2ᵐ dōs: ꝙ q̄uis esse subsītātiale aīe sit in cōiunctōe ad cozpus: tn̄ tota nobilitas ipsius est secundū ꝙ per actᵘ suos nobilissimos suis perfectionibus ꝓiungit̄. Et iō Augu. dicit aīam verius esse vbi amat: qz ibi est ſm suū nobilius eē qđ est ſm perfectionē vltimā. ¶ Ad 3ᵐ dōm: ꝙ locus nō cōuenit aīe nisi per accīs: tn̄ ad hoc ꝙ in loco essentialiter eē dicat̄ opꝰ ꝙ eē essentialiter cōiungat̄ ei rōne cuiᵘ sibi locus attribuit̄: sed aīa nō cōiungit̄ obo suo eēntialiter: ſz tn̄ ſm similitudinē ipsiᵘ receptā in aīa: qz lapis non est in aīa: sed spēs lapidis: ſm p̄dm: cui ēt spēi siue intētioni cōiungit̄ aīa nō quantū ad esse p̄mū: qđ est subsītātiale: ſz quātū ad esse scōm qđ est esse accītale. Et iō rōne obiecti sui nō dr̄ aīa eēntialiter esse in loco. ¶ Ad 4ᵐ dōm: ꝙ operatio angeli in res cozporales est operatio actiua. ⁊ ideo opꝰ ꝙ p virtutē suam que nō separat̄ ab essentia sua cōiungat̄ cozpori in quod opatur sicut motoꝛ mobili: sed operatio aīe itellectualis in rē quā cognoscit ⁊ diligit est opatio nō actiua sed receptiua. ⁊ ideo nō opꝰ ꝙ cōiūgat̄ ei eēntialr: ſz ꝙ itētio illiᵘ recipiat̄ in ipsa aīa. ¶ Expō scde ptis textus.

Secunduz quā ēt missius posset dici: qz ex ipo ꝙ filius a p̄re est cōueniētia hꝫ vt ab eo mittat̄ vt missio nō secundū actū missionis itelligat̄: sed ſm aptitudinē ad missionem. (Et tūc vnicuiq̄ ⁊c.) Doc itelligēdū est nō tn̄ de cognitione speculatiua: ſz q̄ est etiā quodāmō exprimētalis: qđ oñdit hoc qđ sequit. (Atq̄ pcipit.) qđ ꝓprie exprientiā in dono pceptō demōstrat. Dicit̄ aūt aīa rōnalis in deū, pficiēs quātum ad statum via perfecta in deo quātū ad statuz p̄rie. vbi vtraq̄ missio cōplebit̄, ꝑpter pfectā cognitionē ⁊ perfectū amorem. (Quo quottidie mittit̄ ad sanctos.) nō ꝙ ei q̄ gr̄az hꝫ quottidie missio fiat: sed p hoc oñdit nullū tps eē determinatuz missioni spiri. sancti vel filij: ad qđ dīna liberalitas coaptetur. (Principiū totius dīnitatis ⁊c.) Doc pōt exponi dupl'r. Ut in totalitate deitatis pfectio designetur: ⁊ sic p̄ncipiū totius deitatis pater dicit̄: iquātuz est p̄nᵐ filij in quo est pfecta deitas: ſz hoc ītentōi Augu. nō cōpetit: qz p hunc modū ēt filiᵘ totius dīnitatis p̄ncipiū diceret: qz spiri. sanctᵘ cuius est p̄ncipiū pfectā diuinitatē hꝫ. Unde meliᵘ exponit̄ vt designet̄ totalitas di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ūinarū personarū quātū ad numerū: vt sic itelligat̄ p̄n̄m totius diuinitatis: qz in oībus psonis diuinis ipse est p̄ncipiū: nō q̄ sui ipsius p̄ncipiū sit. sicut & fundamētū dicit̄ p̄ncipiū totius domus: quāuis non suiipsius. ideo ꝯ melius dicit̄ p̄ncipiū deitatis q̄ diuinitatis. Quia diuus a deo denotat. vñ diuinitas importat participatā deitatem: & nō p essentiā: qualiter in deo est.

¶ De missione spiri. sci que fit duobus modis visibiliter & inuisibiliter. ¶ Di. XVI.

NUnc de spū scō videndum est p̄ter illā ieffabilē & eternā p̄cessionē q̄ p̄cedit a p̄re & filio & nō a seipō: que sit ei⁹ tpalis p̄cessio q̄ dō missio siue donatio. Ad qđ dicimus q̄ sicut fili⁹ duob⁹ modis dō mitti. Uno quo visibiliꝛ apparuit. altero quo inisibiliter castis mētibus p̄cipitur. Ita & spiri. sanct⁹ a p̄re & filio ac seipso duob⁹ modis p̄cedere siue mitti siue dari dō. vno visibiliter. altero inuisibiliꝛ. Datus. n. ē visibilis creature demōstrōe. sicut i die penthecostes alijsq̄ vicibus. & dat̄ quotidie inisibiliter illabēdo mentibus fideliū.

¶ Prius de illo mō missionis q̄ fit visibiliꝛ.

ET primo agamus de illo missionis mō q̄ fit visibili spē. De hoc Augu. in. ij. li. de tri. ita ait. In p̄ōptu ē itelligere de spiri. scō cur missus ipse dicat̄. Facta ē. n. q̄dā creature spēs extpe in q̄ visibiliꝛ oñderet̄ spi. scūs cū in ipz dñz columbali specie colūbe descēdit: siue cū die penthecostes factus est subito ō celo sonus: quasi ferret̄ flatus vehemens: & vise sunt illis lingue ignis: q & insedit sup singulos eorum. Hec opatio visibiliter exp̄ssa & oculis oblata mortalib⁹ missio spūs sci dicta est: non vt appareret eis ipsa suba: qua & ipse inuisibilis & icōmutabilis est sicut p̄ & fili⁹: ꝛ vt exterioribus visis corda hominum cōmota a rem porali manifestatione venientis ad occultā eternitatē semp p̄sentis ꝙuerterent. Ecce bis verbis verbis aperit Augu. illū modus missionis q̄ visibiliter exhibet̄: cū tamē ipse spūs i sui natura non videat̄. Qui nec in illis creaturis magis erat q̄z in alijs: sed ad aliud. In illis. n. erat vt per eas ad homies venientes oñderet̄ esse in illis ad quos creature ille veniebāt. Nō. n. spi. sanct⁹ tēporali motu tūc venit vel descēdit in homes: ꝛ per tpalē motū creature significata ē spūalis & inuisibilis spiri. sancti infusio. Et vt apertius dicā per illū modū missiōis spūs sancti corporaliter exhibitū monstrata est spūalis & interior missio spirit⁹ sancti siue donatio de qua agendum est.

¶ Cum fili⁹ sit minor patre ꝑm formā creatā in qua apparuit: cur nō & spūs scūs similiter.

SEd prius q̄rendū est cū filius dicat̄ minor p̄re ꝑm missionē qua i forma creata apparuit: cur spiri. sanct⁹ nō dicatur similiꝛ minor p̄re cū i forma creata apparuerit. Nā de filio q̄ minor sit ꝑm formā qua missus apparuit: aperte oñdit Aug. i. iiij. li. de tri. dicēs. Misit deus filium suū factum ex muliere factū sub lege vsq̄ adeo paruū vt factū: itaq̄ eo missuꝫ quo fcm. fateamur ergo factū minorē & itantū minorez iquantū factū: & itantū factū iquantū missum. Ecce bēs: qz fili⁹ iquantū est missus. i. fact⁹ minor est p̄re. Cur q̄ spiri. sanct⁹ nō dō minor patre: cū & ipse creaturam assumpserit in qua apparuit? Qz aliꝛ spūs scūs assumpsit creaturaz in q̄ appuit: aliter fili⁹. Nā fili⁹ accepit p vnionem: spūs ꝙo nō. Fili⁹. n. accepit hoiem ita vt fieret hō: spūs ꝙo scūs nō ita accepit columbā vt fieret colūba. De hoc Augu. i. ij. lib. de tri. ita ait. Jō ntisq̄ scriptuz est q̄ de⁹ p̄ maior sit spū scō: vel spiri. sanct⁹ minor p̄re: qz nō sic est assumpta creatura in q̄ apperet spiri. sanct⁹ sicut assumpt⁹ est fili⁹ hois. in qua forma ipsius dei ꝙbi p̄sona p̄tareꝫ. non vt hēret ꝙbū dei sicut alij sancti sapiētes: ꝛ q̄ ipm verbum erat. Aliud est. n. ꝙbū in carne aliud verbū caro. i. aliud est ꝙbū in hoie. aliud est ꝙbū homo. Caro. n. p hoie posita est in eo q̄ ait ꝙbū caro factū est. Nō ḡ sic assumpta est creatura in qua apparuit spiri. sanct⁹ sicut assumpta est caro illa & humana forma ex virgine maria. Nō. n. colūbam vel illū flatū vel illum ignē beatificauit sibiq̄ in vnitatē persone cōiunxit spiri. sanctus i eternū. Aperte ex p̄dictis ostēsuz est ꝑm qđ filius minor dicatur patre: & quare fili⁹ dicatur patre minor: & non spūs scūs.

¶ Qz filius ꝑm q̄ homo factus est non mō patre: sed spū sancto & etiā seipso minor est.

NOtādū aūt q̄ filius ꝑm q̄ homo factus est: nō tm̄ patre: sed spū scō & ētet seipo minor dicitur. Et q̄ etiā seipo minor dicatur ꝛ forma ꝛ forma serui Aug. oñdit in p̄imo lib. de trinitate dicēs. Erraverunt hoies ea q̄ de xp̄o ꝑm hominē dicta sunt ad eius substantiā que sempiterna est transferentes. Sicut illud qđ ipe dñs ait. Pater maior me est: qđ p̄opter formaz serui veritas dicit: ꝑm quē modū etiā seipso minor est filius: qđo. n. nō ēt seipso minor est factus qui seipm exinaniuit formā serui accipiēs? Non enim sic

accepit formā serui vt formā dei amitteret in qua erat equalis patri. In forma ergo dei vnigenitus p̄ris est eqlis p̄ri. In forma serui etiaz seipso minor est. Nō ḡ imerito scriptura dicit vtrūq̄z. s. & equalē p̄ri filiū: & patrē maiorez filio. Illud. n. pp dei formā. hoc aūt ꝓpter formā serui itelligit̄. De hoc eodez in lib. ij. de trinitate ait. Dei fili⁹ equalis est patri ꝑm dei formā in qua est: & minor p̄re ꝛ forma serui quā accepit: in qua non modo patre: ꝛ etiā spū scō: nec hoc tm̄: sed etiā seipso minor inuentus est: ꝓpter quā vt idē ait in lib. cōtra maximinū: hic etiā nō tm̄ p̄re: sed etiā seipso spūq̄z sancto minor factus est: & ēt minoratus est paulo min⁹ ab angelis. Est ḡ dei filius vt ipse ait in. ij. lib. de trinita. deo patri natura equalis. habitu minor. i. in forma serui quā accepit. His auctoritatibus aperte oñditur filius ꝑm formaz serui minor patre & seipso & spū sancto.

¶ Hylarius aliter dicit. s. q̄ pater sit maior nec filius tamen minor.

HYlari⁹ aūt dicere videtur q̄ pater sit maior filio: nec tamen fili⁹ sit minor patre. Pater. n. dō maior ꝓpter auctoritatē: qz in eo est auctoritas generationis ꝑm quā ipse fili⁹ dicit pater maior me est: & apostolus. Donauit ei nomē qđ est sup omne nomē. Cuz ḡ ait pater maior me est hoc ē acsi diceret: donauit mihi nomē. Si ergo iquit Hylarius in lib. ix. de trinitate. Donantis auctoritate pater maior est: nunqd p doni cōfessionē fili⁹ minor est. Maior itaq̄z donās est: sed minor iaz nō est cui vnū esse donatur. ait. n. Ego & pater vnum sumus. si non hoc donat Jesu vt cōfitendus sit in gloria dei patris minor patre est. Si aūt in eadē gloria ei donatur esse qua pater est. habes & in donantis auctoritate. qz maior est & i donati ꝓfessione: qz vnū sunt. Maior itaq̄z pater filio est: & plane maior cui tm̄ donat esse q̄tus ē ipse: cui inascibilitatis imaginez sacro natiuitatis ipartit: quez ex se i forma sua gñat. Audisti lector qđ sup hoc dicat Hylari⁹ cuius verba vbicūq̄z occurrerit diligēter nota pieq̄z itellige.

¶ Diuisio textus.

RQstquā determiauit de processione tēporali spiri. sancti in cōmuni. hic descendit ad speciales modos missionis. Et diuidit i partes duas. In p̄ma determinat de missiōe visibili. In secūda de inuisibili. i7. dis. ibi. (Jā nūc accedamus) Prima in duas. In p̄ma distinguit duos modos p̄cessiōis tempozalis spiri. sancti. In scda oñdit differētiam ipsi⁹ ad visibilē missionem fili. ibi. (Sed p̄us querēdū.) Et ꝭ in duas. In p̄ma ostēdit differētiā per hoc q̄ filius ꝑm visibilē missionez minor p̄re dō: nō aūt spiri. sancto. In secūda ex cōsequēti ostēdit aliū modū quo p̄ maior filio dici pōt q̄ ꝓpter missionē visibilē. ibi (Dyllari⁹ vī dicere) ¶ Circa p̄mū duo facit. Primo oñdit q̄ filius ꝓpter missionē visibilē minor p̄re dō: nō aūt spiri. sancto. Scōo ostēdit q̄ ꝓpter eādē visibilē missionē fili⁹ seipso & spiri. sancto minor dici pōt. ibi. (Notādū aūt q̄ fili⁹ &c.) ¶ Qō. I.

AD itelligentiā huius ptis. 4. queruntur. Primo ō ipsa missiōe visibili ꝑm se. Secūdo ad quos fieri debeat. Tertio quibus spēbus. Quarto p quos missio visibilis admittrata sit.

¶ Utz missio visibilis ꝙueniat dīne psone. I.

AD primuz sic procedit̄: vī q̄ missio visibilis dīne persone nō competat. Missio. n. est vt ꝑus dcm̄ est ꝑm q̄ dīna psona aliquo nouo modo ē in aliquo quo ꝑus nō fuit: ꝛ in nulla creatura visibili pōt esse aliquo mō quo ꝑus nō fuerit. est. n. i omnib⁹ creaturis eēntialiꝛ potētialiter p̄sitialiter. & ꝓter B ē in scis mētib⁹ p gr̄am: quo mō in aliq̄ visibili corpeo eē nō pōt. ḡ vī q̄ missio visibilis nō sit eē. ¶ Si dicat q̄ eē in illis creaturis visibilib⁹ alio modo ē: qz sicut in signo.

¶ Contra. omnis effectus representans cām suam est signum illius quo in ipsaz pōt deueniri: sed omnes creature repūtant ipm deū tanq̄z cām p imaginē vel vestigiuz. ḡ ꝑm boc in oībus creaturis mittet̄ visibiliter: nec alio⁹ erit in illis visibilibus creaturis i quib⁹ mitti dō q̄z ꝑus.

¶ Ꝓ. rō sacramēti est q̄ in ipso sit de⁹ sicut in signo visibili. si igit̄ ꝓpter hoc dō visibiliter mitti: qz in reb⁹ visibilibus est sicut in signis. tūc ille res essent sacramēta: & in omnib⁹ sacramētis eēt missio visibilis. ¶ Ꝓ. Augu. dicit in lra q̄ ex hoc spiri. sanct⁹ visibiliter mitti dō q̄ facta ē q̄dā spēs creature ex tpe in quo visibiliter oñderet̄: ꝛ in apparitionibus ve. te. in visibilib⁹ creaturis oñdebātur diuine psone: sicut ipsi abrae. He. is. ḡ ꝑm hoc videtur q̄ missio visibilis nō sit aliud q̄z apparitio. ¶ Si dō q̄ missio visibilis oñdit missionē inuisibilez: qđ nō facit apparitio. ¶ Cōtra p missionē inuisibilē efficit aliqs dignus dei amoze: ꝛ nemo scit vtrū amoze vel odio dign⁹ sit. Et. q. nūc vī q̄ vtile scire: qz alꝛ nō esset ita hoi occultū. ḡ vī q̄ nulla visibilis apparitio fiat ad missiōis iteriozis manifestationē. ¶ Ꝓ. nihil pōt manifestari p aliqd nisi sufficiēter illud ducat in ipm: ꝛ nulla creatura visibilis ducit sufficiēter in cognitionē gr̄e inuisibilis. ḡ vī q̄ inuisibilis missio p visibiles spēs nō manifestetur.

Respōdeo dōm: q̄ sicut ꝓcessio tpalis nō est aliq̄z ꝓcessio eterna eēntialiter: ꝛ addit aliquē respectū ad effectū tpalē: ita etiaz missio visibilis nō est alia eēntialiter ab inuisibili missione spiri. sancti: ꝛ addit totam rōnem manifestatiōis per visibile signum.

¶ Ad rōnem ergo visibilis missiōis spiri. sancti tria concurrūt. s. q̄ missus sit ab aliq̄. & q̄ sit in alio ꝑm aliquē speciales modū: & q̄ vtrūq̄z istoz per aliqđ visibile signum oñdat̄: rōne cuius tota missio visibilis dicitur.

Ad primuz ḡ dōm: q̄ illa visibilis creatura ꝑm quā missio dō visibilis alꝛ se bz i missione visibili filij & in missiōe visibili spiri. sancti. Quia i missiōe filij se bz nō solū vt ꝓ qđ vel in quo oñdit̄ missio: sed ēt vt ad qđ fit missio: qz nām humanā visibilē assumpsit in vnitatē p̄sone: ꝑm quā assumptionē visibiliter in carnē mitti dō. Et ideo in ipa nā visibili quodā nouo mō exīstit. s. per vnionē: nō tm̄ in aīa: sed etiā in corpore. Et i missione visibili spiri. sancti illa creatura visibilis nō se

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet vt ad qō fit missio:sed solū vt ostendēs missionez
luisibilē factā in aliquē.ꝛ ideo non opꝫ ꝙ in illa creatura
visibili sit nouo modo:nisi sicut in signo: ſz est nouo mo
do in eo ad quez fit missio. ¶ Ad 2m dōm: ꝙ quāuis oīs
creatura significet deū esse ꝛ bonitatez ipsius:nō tamen
significat ipsum esse per gr̄am in aliquo nisi ad hoc spāli
ter īstituat sicut ille creature visibiles ad hoc specialiter
facte sunt vt in eis presentia spiri.sancti insinuet. ¶ Ad
3m dōm:ꝙ per sacramēta significat presentia diuine ībā
bitationis.sicut in signis institutis nō ad tēpus: sed sem
per:sed ille creature visibiles nō fuerūt īstitute vt signi
ficaret gr̄am diuine inhabitatiōis semp: sed soluz in illo
tēpoze deter minato.ꝛ ideo nō est silē. Uel aliter dōm ꝛ
meliꝰ ꝙ sacramēta ve.le.significabāt quidē gr̄am affutu
ram:sed nō presentē:eo ꝙ in eis gr̄a nō conferebat. Sa
cramēta vo no.le.nō tm̄ sunt signa:sed etiā cause quodā
modo.ꝛ iō nō significāt gr̄az vt iā habitā: sed vt ꝙ sacra
mēta īducēdaz: ſz ille spēs sunt tm̄ signa p̄sentis gr̄e ꝛ nō
cause.sicut pz ꝙ circa xp̄m ad quez visibilis missio facta
est nihil gr̄e inuisibilis effectū est. Uñ etiaz oēs ad quos
missio visibilis facta est gr̄am habēt: nō aūt oēs quibus
sacramenta ꝓferunt gr̄am suscipiunt:qz causalitas sacra
mētoꝝ impedit.significāt.n.gr̄am nō vt existētem:ſz vt
causandā quodā mō per ipa. ¶ Ad 4m dōm:ꝙ missio vi
sibilis īcludit in se apparitionez:ꝛ sup̄ hoc aliqd addit.s.
rōnem missionis que in duobꝰ cōsistit:vt dcm̄ est. Unde
de rōne apparitionis nō est nisi qd aliqd diuinū in signo
visibili manifestet: nō aūt ꝙ manifestet ozigo vniꝰ per
sone ab alia:nec inhabitatio fm̄ spālem modū essendi in
eo cui fit apparitio vel in aliquo alio.sicut pz ī apparitio
ne facta Abrae:quāuis.n.apparuerūt tres ad manifestā
dum numeꝝ personaꝝ:tamē ozdo vnius persone secun
dum quez est ab alio: in illo signo visibili non manifesta
batur.ꝛ inde est ꝙ apparitio pōt patri ꝓuenire: nō autez
missio visibilis. ¶ Ad 5m dōm: ꝙ nullus per se pōt scire
vtrum dignus sit odio vel amoze: sed pōt sibi diuinitus
ꝓpter aliquā vtilitatem manifestari:ꝛ nō solum sibi:sed
alys etiā qō est vni vtile nō est vtile omnibus. vñ nō opꝫ
ꝙ si vni reueleť ꝙ omnibus. ¶ Ad 6m dōz:ꝙ q̄uis vna
creatura visibilis nō sufficiat ad hoc ꝙ ducat in cognitio
nem inuisibilis missiōis:tamē ex sua nouitate excitat vi
dentes in admirationē ꝛ inquisitionē.ꝛ tunc inquirenti
bus ꝙ gr̄am īuisibilē ꝛ per doctrinā p̄dicatozis exteriꝰ
pōt missio īuisibilis designata edoceri.

¶ Utꝝ missio visibilis debuerit fieri ad pres vete
ris testamenti. II.

Ad secundum sic ꝓcedit:videť etiā ꝙ ad pres ve. te.mis
sio visibilis fieri debuerit. Missio.n. visibi
lis est signuz īuisibilis missionis:sed ad pres
ve.testa.facta ē missio īuisibilis: vt supza di
ctum est.ḡ videť ꝙ etiā visibilis fieri debuerit. ¶ P.cō
stat ꝙ gratia no.testa.est gr̄a plenitudinis inquātum de
plenitudie xp̄i omnes accipimus.Si igiť ad illos de pri
mitiua eccl̄ia ꝓpter gratie plenitudinez missio spiri.san
cti fiebat: videť ꝙ er̄ ad omnes fideles fieri debuerat.
¶ P.per visibiles missiōes ꝛ visibilia signa apostoli no
ticiam fidei in multos diffuderunt. ꝛ sicut dicit Marci
vlti. Illi aūt ꝓfecti ꝛc.Sed sicut illi tenebantur ad p̄di
cationem fidei:ita etiaz ꝛ p̄lati nostri tēpoꝛis. ḡ videť ꝙ
ad eos etiā missio visibilis fieri debebat. ¶ P.cōstat ꝙ
beata virgo plenissimā gr̄am habuit inter omnes puras
creaturas.si igiť missio visibilis sit ad ostendendū pleni
tudinē gratie inhabitantis:videtur ꝙ ad ipsam fieri de
buerit missio specialis.

Econtrario videť ꝙ ad xp̄m nō debuit fieri mis
sio. Missio enim visibilis est signū
inuisibilis missionis:sed ad xp̄m nulla missio inuisibilis
spiri.sancti facta est:nisi forte in principio sue conceptio
nis.ergo videtur ꝙ postmodum nulla missio visibilis ad
eum fieri debuerit.

Respondeo dōm:ꝙ sicut in missiōe īuisibili spi.
sancti ex plenitudie diuini amoris
redūdat gratia in mentē:ꝛ per illū effectuz gratie accipi
tur cognitio illius persone diuine experimētalis ab ipso
cui fit missio. Ita in missiōe visibili attendiť aliꝰ gradus
redundantie inquātum.s.gr̄a interioꝛ ꝓpter sui plenitu
dinem quodāmodo redundat in visibilē ostensionē:per
quā manifestatur inhabitatio diuine persone: non tm̄ ei
cui fit missio:sed etiā alys. Unde opꝫ ꝙ ad missionez vi
sibilem duo concurrant.s. ꝙ sit gratie plenitudo in illis
ad quos fit missio. Et vlteriꝰ ꝙ plenitudo ozdinetur ad
alios:vt per aliquē modū gratia abundans redundet in
eos: ꝓpter qō manifestatio gratie īteriozis nō tm̄ baben
ti:ſz etiā alys fit. ꝛ ideo xp̄o p̄mo: ꝛ postmodū apostolis
missio: visibilis.s.facta ē:qz per eos pluries gratia diffu
sa est fm̄ ꝙ per eos ecclesia plantata est.

Ad primum igiť dōz:ꝙ quāuis aliqui patres ve.
te.gr̄am plenissimā acceperit perso
nalem:tamē qz nōdū erat tēpus gratie,ꝓpter impedimē
tum oziginalis peccati a quo nōdū mozte xp̄i natura hu
mana remediū acceperat.ideo nō debuit significari ple
nitudo gr̄e vt presens:sed tm̄ vt futura in apparitionibꝰ
ꝛ legalibꝰ sacramētis. Uel ex alia parte nō erat tūc tem
pus spiritualis propagationis:per quaz spirituali modo
diuerse gentes in dei cognitione regenerarent:sed carnali
propagatione cultus diuinus a patribꝰ in filios procede
bat.ꝛ ideo nō debuit significari gratia per missionem vi
sibilem que significat gr̄am tendētez in alios. ¶ Ad 2m
dōm:ꝙ fideles p̄mitiue eccl̄ie erant quasi semen qōdaz
spirituale:per quos debuit pullulare fides in oībus gen
tibus.ꝛ ideo ad eos visibilis missio facta est ad ostendē
dum ꝙ per eos plantanda erat ecclesia in cognitiōe dei
per vniuersum mundum. ¶ Ad tertiū dicendum: ꝙ du
plici ratione nō oportet modo fieri missionem visibilez
sicut tunc.ꝓmo quia iste est naturalis ozdo ꝙ ex visi
bilibus in inuisibilia veniatur.vnde primis tanquā ad
huc rudibus in dei cognitiōe signa visibilia ostendeban
tur.Sed iam modo innotescente ꝛ publicata fide suffi
cit cognitio in inuisibilibus signis que sunt dona gratia
rum mentibus infusa. videmus enim aliquid proficere
noue plantule ꝙ postmodum sibi non adhibetur quan
do ad perfectum venit. Alia ratio est: quia signa illa ꝛ
visibiles missiones fuerunt quasi argumentum confir
mans fidei veritatem.illius autez cuius probatio semel
perfecte facta est:non oportet probationem iterari: sed
ex suppositione priozis probationis procedere: ita etiaz
non oportet ꝙ per noua signa modo fides probetur: sed
per ea que tunc facta sunt. ¶ Ad quartum dicenduz: ꝙ
inter alios qui fuerunt de primitiua ecclesia in die pen
thecostes etiaz beate virgini visibilis missio spiritꝰ san
cti facta est: sed quanuis singularem plenitudinem gra
tie consecuta sit:tamen non fuit ad ipsam facta missio vi
sibilis specialis:quia nō ozdinabatur gratia sua ad plan
tationē ecclesie per modum doctrine ꝛ administratiōis
sacramētoꝝ.sicut per apostolos factum est. vnde apo
stolus dicit p̄me thimo.secūdo. Mulieres in ecclesia lo
qui non permitto. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ missio
visibilis ostendit missionem inuisibilem non semp tunc
fieri:sed sufficit si etiā p̄ius facta fuerit. Quare autē tūc

missio visibilis ad christum facta sit dicetur infra.

¶ Utꝝ missio visibilis fiat tm̄ ī spē corporali. III.

Ad tertium sic ꝓcedit.vť ꝙ missio vi
sibilis nō soluz fiat in spē
corporali. Est.n.triplex missionis gen⁹.s.cor
poralis:imaginaria:ꝛ intellectualis. vt dī in
glo. Yſ.i. per quālibz aūt harū pōt fieri diui
norum manifestatio.ḡ vť ꝙ sicut est missio aliq̄ q̄ fit fm̄
visionem itellectualē.s.per gratiā īuisibilem: ꝛ aliqua q̄
fit fm̄ corporalez.s.fm̄ spēs corporales.ita etiam fit aliq̄
fm̄ visionem imaginariā per species imaginarias. ¶ P.
quāto aliquid nobili⁹ est tanto nobiliozes ꝓprietates ha
bet.sed nobiliozib⁹ ꝓprietatibus creatura nobilioꝛ diui
nam bonitatē repꝛesentat.ergo cuz missio visibilis sit ad
manifestandū diuinas personas.videť ꝙ semper p crea
turas nobilissimas fieri debz:vt per stellam vel aliquid
hꝺ:ꝛ non per columbaz vel ignez. ¶ P.spiritū veritatis
nō decet aliqua fictio:sed spūs scūs est spūs veritatis.vt
dicitur Joan.15.Ergo nō decet ꝙ per aliquas spēs quib⁹
non subsit rei veritas appareat:ꝛ ita videť ꝙ colūba illa
in qua apparuit verum animal fuerit:ꝛ lingue ꝛ ignis ve
re lingue ꝛ verus ignis. Nō non videť. qz non combure
bat ignis:ꝛ columba peracto illo officio reuersa est in pri
stinam materiam vt sancti dicunt. Et preterea si essent
vere res non ducerētur in aliud. ¶ P.spi. sanct⁹ vn⁹ est
vt dicitur.i.Jozin.io. Uno spū potati sumus: sed signum
debet respondere signato.ergo videť ꝙ in vno tm̄ signo
spi.sanctus apparere debuerit. ¶ P.sicut spi.sanct⁹ inui
sibiliter mittiť in mentem:ita ꝛ filiꝰ. ꝛ per vtrāq; missio
nem ozdinat aliquis ad plantationē ecclesie. cū igiť mis
sio visibilis ad B ostendendū facta sit: videť ꝙ sicut spi.
scūs visibilib⁹ signis ad aliquos missus est: ita ꝛ filiꝰ etiā
sine B ꝙ carnem assumpsit.

Respondeo dōm ꝙ sicut dictuz est missio visibi
lis fit ad significandū plenitudinez
gratie redundātis in multos. ꝓpter qō manifestatio ta
lis alys etiaz fit. Redundat autē gratia dupliciter.s.per
instructionem ꝛ per operationez fm̄ ꝙ se habet aliq̄ mo
do ille in quo est gratie plenitudo efficienter ad gratiaz.
Uteꝝ autem modus redundantie fuit in xp̄o. Ipse.n.
per doctrinam suaz nos in dei cognitionem adduxit.vt
dicit Joan.i. Unigenitus qui est in sinu ꝛc. Ipse etiā gra
tiam dedit inquantū deus effectiue: ꝛ inquātum hō per
modum meriti. Unde ad significādaz redundantiā gra
tie ipsius in nos:per modū operatiōis facta est missio vi
sibilis ad ipsum in baptismo:qz tunc ipse nihil accipiens
a baptismo tactu sue mundissime carnis vitam regnān
tem contulit aquis:efficienter vt deus:ꝛ meritozie vt ho
mo. Et ideo in specie columbe facta est ad euz missio spi.
sancti ad significandū fecunditatez spiritualē:qz colum
ba animal fecundissimū est. Propter qō etiā pater appa
ruit in sono vocis naturalem filiationez ipsius ꝓtestans
dicens. Hic est filius meus dilectus ꝛc. Ad cuius filiatio
nis similitudinē per baptismalez gratiā in filios adoptio
nis regeneramur.vt dicitur Roma.8. Quos prescivit et
predestinavit conformes fieri ymaginis eius. Ad insinuandam
vero redundantiam gratie ex ipso in alios per modū do
ctrine apparuit spūs super ipsum in nube lucida: cuiꝰ est
lumen spargere. Job.37. Nubes spargunt lumen suum
In quo signatur effusio doctrine per predicationem fm̄
Greg. Et hoc in transfiguratione.vt dicitur Matth.17.
fm̄ glo. Augustini ꝛ Ber. Et ideo cum vox patris tunc su
per ipsum intonuit. Hic est filius meus dilectus. adduz ē
ipz audite. Unde patet ꝙ non oportet fieri visibilē mis
sionem ad christuz a principio conceptionis sue: sed tūc
quādo incepit eius gratia in alios redundare:similr etiā
apostolis bis facta est visibilis missio spiri.sancti. Primo
ad insinuandum redundantiam gratie ex ipsis per mo
dum operationis in administratione sacramentorum in
specie flatus vt legitur Joan.20. Unde ꝛ ibi dicit. Quo
rum remi.ꝛc. Ut ostenderet quia talis auctozitas nō de
uenit in eos nisi ex influxu capitis.s.christi. In christum
autez devenit imediate ab ipso patre:ꝛ ꝓpter hoc in ipso
significabat hec auctozitas per volatum columbe desu
per aduenientis. In apostolis autez per speciem flatus a
christo procedentis. Secundo facta est ad eos missio vi
sibilis ad insinuādū redundantiā per modum doctrine.
ꝛ B in die penth.vt legit ac.2. Et ideo appꝛuit super eis
in linguis igneis verbis vt essent profluī ꝛ charitate fer
uidi.zelantes ꝓmozuz salutem.

Ad primum igiť dōm ꝙ visio imaginaria dicitur
ꝓprie revelatio: ꝛ non apparitio vel
missio:ꝛ hꝺ visiones ꝓphetis sepe facte sunt. In missiōe
enim visibili ostendit presentia gratie inhabitantis.spe
cies aūt que est in imaginatione:nō est necessario rei pre
sentis:sicut species que est in sensu:ꝛ ideo per corporales
species exteriozi visioni subiectas magis debet manife
stari interioꝛ missio q̄ per imaginarias. ¶ Ad secunduz
dicenduz ꝙ quāuis in nobiliozib⁹ creaturis diuine perfe
ctionis similitudo quo ad attributa eētialia magis in
ueniatur expꝛessiua: tamen quo ad exitū vnius persone
ab alia:ꝛ quantum ad modum processionis donozum a
deo ꝛ effectus ipsozum. potest etiā in ignobiliozib⁹ crea
turis similitudo conuenientioꝛ attendi: sicut fecunditas
in columba:ꝛ locutio in lingua.ꝛ hoc oportuit per missio
nem visibilem significari. Uel dicēdum fm̄ Diony.5.ca.
ce. hiera. ꝙ inferiozes creature eoipso quo magis distāt
a participatione diuinarum personaruz cōuenienti⁹ per
ea diuina manifestantur vel significantur: qz non potest
ex hoc aliquis error ꝓuenire:ꝓpter manifestam distā
tiam eozum a diuinis: qui erroꝛ posset contingere si per
nobiles creaturas diuina significarentur: de facili enim
posset aliquis errare credens aliquod numen esse in stel
la vel in aliqua nobiliozi creatura. ¶ Ad tertiuz dicēdū
ꝙ columba illa non fuit veruz ꝛ naturale animal:sed tm̄
similitudo columbe visibiliter ostēsa in aliqua materia
ad hoc pꝛeparata. Unde etiaz peracto officio in pristinā
materiam est reuersa. Nec fuit ibi aliqua fictio:quia illa
similitudo columbe non ostēdebatur ad manifestandū
aliquaz veritatem in ipsa columba: sed ad manifestan
das ꝓpꝛietates inuisibilis missionis. Et ideo non fuit
ibi falsitas signi:quia signatum respondebat signo:ꝛ res
similitudini:sicut aliquis loquēs per metaphoꝛicas locu
tiones non mētitur.non enim intendit sua locutione du
cere in res que per nomina significantur: sed magis in il
las quarum ille res significate per nomina similitudinē
habent:ꝛ similiter de igne. Sz natura visibilis in qua fi
lius apparuit assumebatur ad esse ꝛ non tm̄ ad signum:
Et ideo oportuit ꝙ verum esse hominis haberet. ¶ Ad
quartum dicēdum ꝙ species ille in quibus spiri.sanctus
apparuit significant affectus spi.sancti fm̄ quos spi.scūs
dicitur multipliciter:quāuis substantialiter sit vnus vt di
citur Sap.7. Et ideo fm̄ plures spēs apparuit ꝛ pluries.
Sed qz natura visibilis in qua filius apparuit assumpta
est ad esse vnum in persona fily dei: sicut est vnuz eē pso
ne:ita ē vna tm̄ talis missio. ¶ Ad vltimū dōm ꝙ appa
ritio sub aliena spē que includiť in missione visibili non
competit nisi eo ꝙ nō habz spēz per quā corporaliter vi
deri possit. Missio aūt visibilis vt dictum est non ōbuit
esse ante tps gratie:tēpus aūt gratie incepit qñ filius dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

carnem assumpsit. Et qz inseparabilr assūpsit iō tpe quo cōuenit fieri visibilē missionē semp hz spēm visibilē p̄ p̄ria in q̄ videri pōt. vñ nunq̄ 2petit sibi missio visibilis nisi vna q̄ est in nā assūpta. Quare aūt spi. sanct⁹ nām nō assūpserit in vnitatē persone q̄retur in tertio.

¶ Utrum species missionis visibilis sint formate ministerio angelorum. IIII.

AD quartum sic pceditur. vr̄ q̄ ille spēs visibiles ministerio angelo2 formate nō sint. Dicit. n. Aug. 3. de tri. q̄ fmones dei in no. te. non p angelos sz per ip̄m deū facti sunt. g̃ illa locutio siue ille son⁹ q̄ in nouo testō fr̄ctus ē. hic est fi. me⁹ di. nō ē p angelos formatus ꝛ eadē rōne nec alia q̄ ad missionē pertinēt visibilem. ¶ P̄. corpori qō p angeluz formaī vnī angelus sīc motor mobili. si igit̄ ille spēs per angelos formate sunt: tūc sunt corpora assumpta ab angelis. g̃ in eis nō dicetur mitti diuina p̄sona sed angelus. ¶ Itē sīc visibilis missio filij facta est per corp⁹ assumptuz. ita missio visibilis spūs sci per hm̄ spēs. Sed corp⁹ x̄pi assumptū angeli nllo mō formauerūt. g̃ nec spēs illas visibiles.

Contra Grego. 3. mozaliuz loquēs de illa voce q̄ p̄r rñdit filio: ꝛ clarificaui ꝛ clarificabo. Joā. 12. ita dic̄. Nimirū de celestib⁹ loquēs vba sua q̄ ab hominibus audiri voluit rōali administrāte creatura formauit: ꝛ eadē rō est de alijs. g̃ vr̄ q̄ oēs administrate sunt p angelos. ¶ Itē fm Dio. Dec ē lex diuinitatis vt vltima a p̄mis p media pficiant̄: sz angeli sūt medij iter deum ꝛ creaturā corporalē. g̃ vr̄ q̄ operatiōes q̄ fiunt in corpora les creaturas fiant ministerio angelo2.

Respondeo dōm q̄ in hr̄ ē dupler opio. Quidā dīt q̄ i hr̄ dr̄nt missiones noui testamēti ab apparitiōib⁹ veteris testamēti: q̄ appitiones vetesta. facte sūt p angelos vt sci cōiter volūt. missiones aūt no. testa. facte sūt imediate p dīnas p̄sonas. Quapp in illis spēb⁹ dīne p̄sone mitti dr̄r ꝛ nō angeli. ¶ Alij dicunt ecōtrario q̄ vtrūq̄ angelo2 ministerio pfectū ē. Ur̄ ār q̄ vtriq̄ q̄tū ad aliqd ve2 dicār. Jn vtroq̄ n. s. apparitiōe ve. testa. ꝛ missiōe visibili ē duo 2siderare. s. illud qō exteri⁹ apparet: ꝛ aliqd qō iteri⁹ efficit̄ vel fcm signat̄: sz tñ diuersimode: qz in apparitiōe ve. testa. illud exterius apparēs nō referr̄ vt signū ad illud qō iterius est: sed ad aliqd aliud: sicut ad signādū trinitatē vel aliquid hm̄. vñ illud qō iteri⁹ est nihil aliud est q̄ ipsa cognitio vel illuminatio aīe de reb⁹ q̄ per signa exteriora significant̄. Et qz illuminationes dīne descēdūt in nos fm Diony. per angelos iō ministerio angelo2 in illis apparitiōib⁹ vtrūq̄ factū ē. s. ꝛ qō exterius ē: ꝛ qō iterius: ꝛ iō nullo⁹ est ibi missio dīne p̄sone q̄ tñ attendit̄ fm imediatū effectuz ipsi⁹ p̄sone diuine. Jn missione aūt visibili illud qō exterius apparet est signū eius qō interi⁹ est factū: vel tūc vel pri⁹. vnde iterius nō ponit̄ tñ aliqua cognitio: sz aliquis effectus gratie gratū facientis q̄ est imediate a diuina p̄sona: rōne cuius diuina p̄sona mitti dicit̄. Uñ in missione visibili illud qō est interi⁹ imediate sine ministerio angelo2 effectū est: ppter qō rōne illius effectus p̄sona diuina mitti dr̄. sed quātum ad id qō est exteri⁹ angeli ministeriū hr̄t vt Grego. dicit.

Ad primuz igit̄ dōm q̄ Aug. loqr̄ de sermone q̄ fuit filius dei in corpore assūpto. ptulit: q̄ cōstat imediate a deo esse. platū. ¶ Ad 2m dōz q̄ q̄uis angelus hēat opationē in creatura exteri⁹ appente nō tñ hz in effectu iteriori: ꝛ iō rōne ei⁹ p̄sona dīna mitti dr̄. Nec ē icōueniens vt p̄sona dīna sit̄ ꝛ angelus mittat̄. ¶ Ad tertiū dōm q̄ corp⁹ assūptū ē vnitū ipsi p̄sone diuine vnione ad vnū esse p̄sonale. Uñ nō decuit pp̄ suam dignitatē vt nō a deo formaret̄. non aūt similis rō est in alijs. ¶ Ad 4m dōz q̄ dcm̄ Hre. referēdū ē tm̄ ad illō qō exteri⁹ ē: ꝛ nō q̄tū ad iteri⁹ signatū. ¶ Ad 5m dōz q̄ dcm̄ Dio. hz vitatē in effectib⁹ q̄ a creatura p̄t̄ cē. nō aūt tal' effect⁹ ē gr̄a: ꝛ iō q̄tū ad iteri⁹ qō ē in missiōe visibili āgeli nō br̄t operationē: sed solū q̄tū ad exterius.

¶ Expositio textus.

SED etiam miozat̄ paulo min⁹ ab āgelis.) ¶ Sz hz ē qō dr̄ i glo. Heb. 5. Nā būana quā filij⁹ dei assūpsit nihil meli⁹ est nisi solus de⁹. ¶ Sz dōz q̄ dr̄ miozatus fm qd. s. pp cozporis passionē. nō aūt ppter nature assumpte iferiozitatē q̄tū ad illud idiuiduū in q̄ ē assumpta: q̄uis nō vlr̄ sit verū de humana nā q̄ angelis nō sit inferior. (Dyla. aliter dicere vr̄.) Uidetur hr̄ eē impoſe. qz magis ꝛ minus relatiue dicunt̄. g̃ si p̄r ē maior filij⁹ est minor. ¶ Ad qō quidā dicūt q̄ p̄r dr̄ esse maior filio: qz plures habet notiones: nec tamen filius est minor: quia vna notio patris. s. innascibilitas nō habet correspondē tem notionem in filio ex qua filius minor dici possit: sed boc nec proprietas locutionis admittit. Tum qz fm relationes non attēditur equalitas vel inequalitas. vt infra ex verbis Augustini habebit̄. Tuz quia ex pluribus proprietatibus nulla res maior dicit̄: sed ex maiori quātitate. Est etiam preter intentionem Hylary. Ut verba sequentia ostendunt. ¶ Et ideo aliter dōm est q̄ dans ꝛ recipiens possunt cōparari dupliciter: vel quātum ad id qō datur: vel quātuz ad rationem dationis. Si p̄mo modo sic dans aliquādo inuenitur eo maius cui dat. quādo. s. non tm̄ recipit recipiens quātuz est in dante: ꝛ aliquādo equale quādo tantūdem recipitur. sicut etiā in generatione vniuoca: nunquā autez dans potest esse minus. ¶ Si autez cōsiderentur secūdo modo: sic dās ex eo qō dat̄ habet dignitatē quādam: sed accipiens nullam iperfectionem habz ex hr̄ qō accipit: nisi imperfecte accipiat: ꝛ ideo si comparemus patrem ad filium quātum ad id qō filio a patre datur. neq̄ pater maior neq̄ filius mior dicitur. ¶ Si autez quātum ad rationez dationis: sic dignitas dantis patri non subtrahitur: ratiōe cuius maior dicitur: vt maior magis sonet perfectionez dignitatis q̄ comparationez magnitudinis. Sed quia filius perfecte recipit quicquid pater habet: nulla minoratio sibi conuenit: ꝛ ideo etiam nullum nomē minorationis filio potest cōuenire. Et quāuis patri attribuatur auctoritas a sanctis: tamen filio non attribuit̄ subauctoritas: sed est per abusum loquentiuz p̄esumptū. ꝛ hoc sonāt verba Hyl. dicentis. Qz maior est donās: sed non est minor cui vnuz esse donatur. (Innascibilitatis) Sic expone. Lui. s. filio pater. Impartitur. i. dat esse. Imaginem innascibilitatis idest sui innascibilis. Et hoc sacramēto natiuitatis. idest sacra ꝛ secreta natiuitate.

¶ De missione spiritus sancti qua inuisibiliter mittitur. Distin. XVII.

IAm nūc accedamus ad assignādā missionē spūs sci qua inuisibilr mittitur i corda fideliū. Nā ipse spi. sanctus q̄ deus est ac tertia i trinitate p̄sona vt supra ostenſuz est a p̄re ꝛ filio ac seipso tēporalr̄ p̄cedit. i. mittit ac donatur fidelibus: sed q̄ sit ista missio siue donatio. vel quo fiat cōsiderandum est.

¶ Premittitur qddā ad hanc ostensionem necessarium. s. q̄ spūs scūs est charitas qua deuz diligimus ꝛ proximum.

HOc aūt vt itelligibili⁹ doceri ac pleni⁹ pspici valeat p̄mittēdū est̄ qddam ad hoc valde necessariū. Dictū qdē ē supra ꝛ sacris auctoritatib⁹ ostēsuz q̄ spūs scūs amor est p̄ris ꝛ filij quo se inuicē amāt ꝛ nos. His aūt addēdū est q̄ ipse idē spi. scūs ē amor sine charitas q̄ nos diligim⁹ deū ꝛ p̄ximū: que charitas cū ita ē in nobis vt nos faciat diligere deū ac p̄ximū. tūc spi. scūs dr̄ mitti ac dari nobis: ꝛ q̄ diligit ip̄am dilectionē qua diligit p̄ximum in eoipso deū diligit: qz ipsa dilectio de⁹ est. i. spiritus sanctus.

¶ Auctoritatibus ita eē cōfirmat. Et aūt in re tāta aliqd de nr̄o ifluere videamur sacris auctoritatib⁹ qō dictū est cozroboremꝰ. Be hr̄ Aug. i. viij. li. de tri. ait. Qui p̄rimū diligit p̄ximū ē vt ip̄az p̄cipue dilectionē diligat. de⁹ aūt dilectio ē: p̄ximus q̄ est vt p̄cipue deū diligat. Itē in eodē. Be⁹ dilectio est. vt ait Joānes apl's. vt qd ergo imus ꝛ currimus in sublimia celoz ꝛ ima terraruz q̄rētes euz q̄ est apud nos. si nos velimus esse apud eū: Nemo dicat nō noui qd diligaz: diligat fratrē ꝛ diligat eādē dilectionem. Magis n. nouit dilectionē qua diligit q̄z frem quē diligit. Ecce iā pōt notiozē deuz hr̄e q̄z fratrem: plane notiozē. qz p̄ntiozē. qz interiozem. qz certiozē. Amplectere dilectionē deū. ꝛ dilectiōe amplectere p̄rimuz. Ipsa ē dilectio q̄ oēs bonos angelos ꝛ oēs dei suos cōsociat vinculo scitatis. q̄to g̃ sanctiores sum⁹: q̄to a tumore superbie inaniores tāto sumus dilectione pleniores: ꝛ quo nisi deo est plen⁹ q̄ plen⁹ est dilectione: His vbis satis oñdit Aug. q̄ dilectio ipsa q̄ diligim⁹ deū vel p̄rimuz de⁹ ē. Sed ad huc aperti⁹ in eodē li. subdit dicēs. Bilectionē fraternā q̄tū 2mēdet Joānes apl's attēdam⁹. Qui diligit ingt fr̄em in lumie manet. ꝛ scāda luz in eo nō est. manifestū ē q̄ iustitie pfectionem in fratris dilectiōe posuerit. Nā i quo scādalū nō ē vtiq̄ pfect⁹ ē: ꝛ tñ vr̄ dilectionez dei tacuisse: qō nūq̄ faceret nisi qz ipsa fr̄na dilectiōe vult itelligi deū. Apertissime. n. in eadez epla paulopost dic̄ ita. Bilectissimi diligam⁹ inuicē qz dilectio ex deo ē ꝛ ois q̄ diligit ex deo nat⁹ est ꝛ cognouit deū. q̄ nō diligit nō cognouit deū: qz deus dilectio est. Jsta cōtextio satis aperte declarat eādē ip̄az fr̄nā dilectionez. Nā fraterna dilectio ē q̄ diligim⁹ inuicē nō solūz ex deo: ꝛ deū eē tanta auctrate. s. Joānis predicari. Cū ergo de dilectiōe diligim⁹ fr̄em de deo diligim⁹ fratrē. nec pōt fieri vt eandez dilectionē nō precipue diligam⁹ q̄ fratrē diligimus: qm̄ de⁹ dilectio ē. Itē q̄ nō diligit fratrē nō est in dilectiōe. ꝛ q̄ nō est in dilectione nō ē in deo: qz deus dilectio est. Ecce apertissime dicit fraternā dilectionē deum esse.

¶ Qz fraterna dilectio cum sit de⁹ nō est p̄r vel filius ꝛ spūs sanctus tm̄.

CUm aūt fīna dilectio sit de⁹ nec p̄r ē nec filij⁹: ꝛ tm̄ spi. scūs q̄ ppie in trinitate dilectio vel charitas dr̄. Unde Aug. i li. xv. de tri. Si i donis dei nihil mai⁹ ē charitate: ꝛ nullū est mai⁹ donū dei q̄z spi. scūs qd p̄ñti⁹ q̄z vt ipse sit charitas q̄ dr̄ de⁹ ꝛ ex dō. ita. n. ait Jo. Dilectio ex deo est. ꝛ paulopost. Deus dilectio est. vbi manifestat eam se dixisse charitatē vel dilectionē dīi quā dixit ex dō. deus ergo ex deo est dilectio. Item in eodem Joā. volens de hac re apertius loq. Jn hr̄ingt cognoscimus. qz i ipso manemus ꝛ ipse in nobis: qz de spū suo dedit nobis. Spūs itaq̄ sanctus de quo dedit nobis fac nos i deo manere ꝛ ip̄m i nobis. Hr̄ aūt fac dilectio. ipse ē igit̄ de⁹ dilectio. Ipse ergo significatur vbi legit̄. Be⁹ dilectio est. Ex his apparet q̄ spiritus sanct⁹ dilectio est vel charitas.

Proide si diligēter ꝯspiciam⁹: idem videt eē: oia esse ex deo: ⁊ p ipm ⁊ in ipso. Uñ Amb. in. ij. lib. de spū scō. Hec tria ex ipo ⁊ p ipz ⁊ i ipso sunt: oia vnū eē supra dixim⁹. Cuz dicit p ipz eē oia nō negauit i ipso eē oia. Eadē viz bñt oia ḃ. s. cū ipso ⁊ i ipso ⁊ p ipz: ⁊ vnū i bis atq̄z ꝛsiliē: nō ꝛriū itelligit. Ecce bēs: q⁹ ex eadez itelligētia scriptura dicit oia eē in ipso: ⁊ p ipz ⁊ ex ipso vel cū ipso. Cū g̊ ex eadē rōne oia dicātur eē ex deo vel p ipz: nō solūz q⁹ scit: ḃ ēt q⁹ eoꝝ auctoꝝ ē: ꝛsequit vt eadē rōne ita eē i deo dicant. s. q⁹ scit ⁊ eoꝝ auctoꝝ eē dr̄: q⁹ in illo viuimus ⁊ mouemur ⁊ sumus: q⁹ eo auctore sumus: mouemur: ⁊ viuim⁹. Cū g̊ nō sit auctoꝝ nisi bonoꝝ: merito sola bōa i eo eē dr̄ sicut ex ipso ⁊ p ipz. Cū g̊ in ei⁹ cognitōe vel p̄scia sint oia. s. bona ⁊ mala: i eo tñ nō dr̄ eē nisi bona quoꝝ auctoꝝ est. Uñ Augu. i lib. de natura boni. Cū audimus iquit ex deo ⁊ p ipm ⁊ in ipso eē oia: oēs vtiq̄z naturas itelligere debemus: ⁊ oia q̄ naturaliter sunt. Nec⁹.n. ex ipso sunt peccata q̄ naturā nō seruāt ḃ viciāt: q̄ ex volūtate peccātiū nascūtur oia. Hic apte dr̄ q⁹ illa gñalitate locutiōis bona tñ cōtinentur.

¶ Oꝝ omnia ex patre ⁊ p patrē ⁊ in patre sunt ita de filio ⁊ de spiritu scō est dicendū: licet ꝓpter personas fiat distinctio.

Preterea sciēdū est: q⁹ licet ibi indicet distinctio p̄sonarū cū dicit ex ipso ⁊ p ipm ⁊ in ipso: oia tamē ex p̄re: ⁊ per patrē ⁊ in patre sunt. Similiter de filio ⁊ spiritu scō accipiēdū est. Uñ Augu. in. i. lib. de trini. Nō cōfuse iquit accipiēdum est q̄d ait aplus: ex ipso ⁊ per ipm ⁊ in ipso. Ex ipso dicens ꝓpter patrē: per ipsuz ꝓpter filiū: in ipso ꝓpter spūm scūm. Uigiliter aūt attēde: ne ga patrē volens intelligi dixit ex ipso: sic iteligas oia esse ex patre: vt neges oia esse ex filio vel ex spiritu scō. cum ex patre ⁊ per patrē ⁊ in patre omnia eē sane dici possint. Similiter ⁊ de filio ⁊ de spiritu scō dicendum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Qz nō omnia q̄ ex deo sunt etiā de ipso sunt: sed ecōuerso.

ILud etiā hic ānectēdū est: q̄ nō oia que dicūtur esse ex deo: etiaz de ipso esse dici debeant. Quia vt ait Augustinus i lib. de natura boni. Nō hoc significat penitus ex ipso qō de ipso. Qō eniz de ipso est pōt dici esse ex ipo: sed nō omne qō ex ipso est: pōt dici esse de ipso: qz nō est de sua substātia. Ex ipso. n. sunt celū z terra: qz ipe fecit ea: nō ſit de ipso: qz nō de substātia sua: sicut aliqs hō generat filiū vel facit domuz. Ex ipso est filiꝰ: ex ipso est z domus: ꝫ filiꝰ de ipo: domus vero de terra z ligno nō de ipso.

¶ Que dicta sunt summatim colligit.

EX p̄missis apertuz est q̄ in dei cognitiōe siue p̄sentia sunt oia. ſ. bona z mala: sed nō omni mō sunt ibi mala quo bona. Et q̄ in deo bona tantuz sunt sicut ex ipso z p ipm: nō mala. Et ex quo sensu hec accipiēda sint: assignatū est. Et q̄ de ipso nō dī esse ꝑprie qō aliud ē ab ipo. Ex ipo aūt esse dñr omnia que eo auctoze sunt.

¶ Diuisio textus.

POstquā magister oñdit q̄ scia dei vl̄r est oium z exīde dñr res i deo eē. Ingrit qūo cognita sint i ipso deo cōſcen te: z dīcit i ptes duas. In p̄ oñdit qūo res q̄s cōſcit sint i deo. In z̄ qūo deꝰ sit i rebꝰ. 37. dist. (Et q̄n demōſtratū est z.) Prima i duas. In p̄ ingrit vt̄ oia que ꝺs scit pñt dici i eēntia eiꝰ eē: z oñdit q̄ nō. In z̄ inquirit vt̄ oia possint eē in deo. ibi. (Post p̄dicta z.) Et circa hoc tria facit. Primo mouet qōnē z determiat eā. Scōo ꝓfirmat determiatiōez. ibi. (Proīde si diligēter ispiciamus.) Tertio iducit epilogādo ꝓclonē i tota distinctiōe itentā. ibi. (Ex p̄missis aptū z.) Circa z̄m tria facit. Primo pbat mala nō eē i deo: cū nō sint ex ipo vel p ipz. Secūdo oñdit qūo ꝫ tria distigueda sunt: ex ipso: z p ipm: z i ipso: fm q̄ ad psonas distictas referūtur. ibi. (Preterea sciēdū est z.) Tertio distiguit iter eē de ipso z eē ex ipo. ibi. (Illud ēt hic z.)

¶ Questio. I.

HIc est duplex qō. Primo de his q̄ a deo cōſcunt. Secūdo de ideis p q̄s res cognoscit. Circa p̄mū q̄runt tria. Primo vt̄ deꝰ cognoscat singularia. Scōo vt̄ cōſcat mala. Tertio qual'r ea que cognoscit in ipso esse dicūtur.

¶ Utrum deus cognoscat singularia. I.

AD primuz sic ꝓcedit: vī q̄ deꝰ nō cognoscat singularia, dic. n. Boetiꝰ q̄ vl̄e ē dū itelligit pticulare dū sentit: ꝫ i deo nō ē potētia sensitiua cuz sit virtꝰ impressa ozgano cozpali: nisi forte metaᶜᶜ sumēdo. q̄ vī q̄ cognitio singulariū deo nō ꝓueniat. ¶ P. nihil cognoscit ab aliquo nisi fm q̄ ē i cōſcēte: ꝫ pticulares effectus nō sunt i cāis vniuersalibꝰ nisi i potētia. q̄ vī cū ēntia dīna sit vl̄is cā oium i q̄ oia cōſcit q̄ singulariū ꝓpriā cognitiōez nō hēat. ¶ P. oīs cognitio ē p assimilatiōez cōſcētis ad cognitū: ꝫ singulare nō ē singlare nisi p mām. q̄ nulla vtus q̄ abstrahit a mā z ab oibꝰ apenditys eiꝰ: pōt cōſcere singl'are iquātū ē singulare: ꝫ itel lectꝰ dīnꝰ ē maxime a mā z a cōditiōibꝰ mālibꝰ separ'. q̄ ꝺs singl'aria nō cōſcit. ¶ P. sic dicit Dio. i. z. ca. de di. no. eodē mō creature pticipāt: q̄uis sūt diuerse: vnā dei bonitatē: sicut plēs linee egrediunt ab vno cētro: z sic plēs figuratōes fiūt ab vno sigillo: ꝫ q̄ cōſcit cētruz nō ex q̄ cognoscit lineas ꝓductas a cētro iquātū est h̄ z illa: ꝫ in eōi tīn: z silr est i alio exēplo iducto. q̄ vī q̄ deꝰ cognoscēdo seipm nō cognoscat singularia iquātū hꝺ.

Contra. ad Heb. xi. Accedētē ad deū opz credere: q̄ ē: z q̄ diligētibꝰ se remūeratoz sit: ꝫ nō pōt remunerare opa boīuz singulariū nisi cōſcat opantes z ipsoz opa. q̄ opz credere q̄ singl'aria deꝰ cognoscat. ¶ P. ꝺs hz de rebꝰ sciam ꝓactica q̄ ē opatōis ꝓncipiū: ꝫ opatio ē circa singl'aria. q̄ vī q̄ sua scia sit ēt singulariū.

Respondeo dōm: q̄ deꝰ absq̄ dubio oium z vniuersaliū z singulariū cognitiōez hz. Sciēdū tīn q̄ circa hāc q̄nē diuersi diuersimode senserūt. Cōmētatoz. n. in. xi. metaph̄. vī exp̄sse negare a deo pticulariū cognitōez: nisi iquātū cōſcit ēntia suā que ē pn̄m oīs eē: ꝫ cū ꝺs nō tīn sit cā eē rez: ꝫ oium q̄ in rebus sunt: oz vt cognitiōez rez nō tīn i eo q̄ sunt hēat: ꝫ ēt in eo q̄ sunt talia vel talia. Et iō aly dixerūt. ſ. Aui. z Algaçel z seqces eoz q̄ ꝺs cōſcit singularia vl̄: qō sic exponūt p exēplū. Si aliqs sciret oēs distātias ozbiū z planetaz z tps motuū ipsoz ipse ꝓuideret oēm eclipsim q̄ poſset ꝓtigere: nō tīn sciret hāc eclipsiz: iq̄tū ē h̄ eclipsis nisi p aligd a sensu acceptū: ꝫ sciret eclipsiz q̄ cras ꝓtingeret vl̄r. ſ. fm suas cās vl̄es. Ita ēt dñt q̄ cū oēs cāe reducantur i ipsuz deū sicut in cām: ipse cognoscēdo se cognoscit oēs cās scdas: z cognoscēdo cās illas cōſcit omne qō est effectū ex illis cāis: nō tīn nisi vl̄r. Et iō dñt q̄ deꝰ non cognoscit pticularia nisi vl̄r. Ita vt fm eos determiatio accipiat ex pte cogniti: z nō solū ex pte cognoscētis: qz si solū ex pte cognoscētis illa determiatio accipeī: vez indubitāter eēt: q̄ deꝰ pticularia nō pticulari scia cognoscit: vt supza ꝓbatū ē. Cognoscit tīn pticularia fm pticularitatē ipsoz. Uñ dcīm illud ēt ē insufficiēs. Cognoscere. n. hoc mō singulare i vl̄: nō ē cōſcere ꝓpriā nāz hꝰ singularis vel illiꝰ: eo q̄ quocūq̄ mō vl̄ia aggregētur nunq̄ ex eis fiat singulare: nisi p hoc q̄ indiuiduant p mām. Et iō ex hac ēt via seq̄reī q̄ ꝺs nō p̄fectā cognitōez de singularibus hēret. Uniuersales. n. cāe nō ducūt in cognitōez pticulariū nisi fm q̄ pticularia pticipāt nām cōem: z sic ex cāis vl'ibꝰ nō sciret de pticulari nisi q̄ hz talē vl'talē nāz cōem: vel accīdentaliter vel subaliter. Jō aūt aly dixerūt sicut Raby moyses q̄ deus scit p̄fectissime singularia. Et oēs ratiōes q̄ in ꝓriū iducunt soluit p q̄ dicit sciētiaz dei eē equocā scie nr̄e. vñ p ꝺditiōes scie nr̄e nō possumꝰ aliqd de scia dei arguere. sic. n. eē dei nō cōp̄hendit a nobis: ita nec sua scia. Doc ꝓfirmat p id qō dr p Ysa. 55. Sic exaltati sunt celi a terra z. Sz istud q̄uis sit vez: tīn oz aliqd plus dicere. vz. q̄ quāuis scia dei sit alteriꝰ modi a scia nr̄a: tīn p sciaz nr̄am aliq̄liter deuenimus i sciaz dei: z sic scia nr̄a nō ē penitꝰ vniuoca scie dei: ꝫ potiꝰ analogica vt i p̄cedēti distinctiōe dcīm est. Et iō oz dre fm qd scia nr̄a imitat sciam dei: z i quo deficit: z q̄re: z ita ratōes dissoluere. Uñ p̄cedēdū ē p viā q̄tū docet Dio. 7. ca. de di. no. Dicit. n. q̄ cū ꝺs cognoscit res p eēntia suā q̄ est causa rez: eodē mō cognoscit res qūo eē rebꝰ tradidit. vñ si aliquid est in rebꝰ nō cognitū ab ipso oz q̄ circa illud vacet dīna opatio. i. q̄ nō sit opatuz ab ipso: z ex ꝺ accidit difficultas pbis pp duo. ¶ Prio. qz qdā ipsoz nō ponebant deū operari imediate i rebꝰ oibꝰ: ꝫ ab ipso esse p̄mas res

gbus mediātibus ab eo alie ꝓducūtur. z iō nō poterant ꝓuenire: q̄liter cognoscēret res q̄ sunt h̄: nisi i p̄mis causis vl̄ibꝰ. ¶ Scdo. qz qdā eoz nō ponebāt mām eē factā: ꝫ deū agere tīn iducendo formā. Et iō cū mā sit pn̄m idiuiduatiōis nō poterat ꝓueniri apud eos qūo deꝰ singularia iquātū hꝺ cognoscat. Sz qz nos ponimus deū imediate operātē in rebꝰ oībus: z ab ipso eē nō solū p̄ncipia formalia: ꝫ ēt mām rei. iō p eēntiā suā sicut p cām totū qō est i re cognoscit: z formalia z mālia. vñ nō tīn cōſcit res fm nās vl'es: ꝫ fm q̄ sunt idiuiduate p mām: sic edificatoz si p formā artis ꝓceptā posset ꝓducere totā domū q̄tū ad mām z formā p formā artis quā hꝺ apud se: cognoscēret domū hāc z illā: ꝫ qz p artē suā nō iducit nisi formaz. Jō ars sua est solū silitudo forme domus. vñ nō pōt p eā cognoscere hāc domū vl'illā nisi p aliqd acceptū a sensu.

Ad primum q̄ dōm: q̄ sicut ex p̄dictis pz forma p quā itellectꝰ dīnus itelligit: neq̄ est vl'is: qz additiōes nō recipit: neq̄ singularis: qz a materia z a dispositiōibꝰ eius īmunis ē: ꝫ tīn est p̄nꝰ z simili tudo pfecta totiꝰ qō in re ē: z māe z forme: vt dcīm est. Et iō h̄ qō dī q̄ vl'e dū itelligit z. referēdū est ad cognitionē nr̄am q̄ in sensu ē p formā mālē z itellectu p formaz vl'em. z iō pticularia nō cognoscimus nisi p ꝑtutē i qua ē aliqd pticulariter: ꝫ deꝰ particularia cognoscit: neq̄ vniuersaliter: neq̄ pticulariter ex pte cōſcentis: ꝫ vl'r z pticulariter ex pte rei cognite. ¶ Ad z̄m dōm: q̄ in cāis vl'ibus q̄ nō sunt tota cā rei nō pōt pticulare pfecte sciri: sed deus ē cā oiuz vl'is: ita q̄ ē pfecta cā vniuscuiusq̄. z iō se cognoscēs oīa pfecte cognoscit. ¶ Ad 3ᵐ dōm: q̄ q̄uis i deo nō sit aliqd māle: ꝫ ēntia eiꝰ sit actꝰ tīn: tīn ille actꝰ est cā oium q̄ sunt i re z māliū z formaliū: quē actū imitatur q̄tū pōt ois res z q̄cqd i re ē. z iō ēntia diuia ē silitudo nō tīn formaliuz: ꝫ ēt māliū rei. z iō p ipm pñt cōſci singularia ēt iquātuz hꝺ. ¶ Ad 4ᵐ dōm: q̄ oia exēpla q̄ adducūtur a creaturis i deū deficiētia sunt: vt idez Dio. dicit. nō. n. iueniī in creaturis aliq̄ cā cōis: q̄ sit cā totius qō in re ē: sicut sigillus est cā figure i cera: z nō ipsiꝰ cere: z iō p cognitiōez sigilli nō pōt cognosci figura impressa iquātū est hec vel illa: qz h̄ hz ex materia.

¶ Utrum deus cognoscat mala. II.

AD secundus sic ꝓcedit: vī q̄ deus nō cognoscat mala: sicut. n. dicit Cōmē. in. 3. de aīa. Si aliqs itellectꝰ sit semp̄ i actu nō cognoscit p̄uatōez oīno: ꝫ itellectꝰ dīnꝰ semp̄ ē i actu: cū igit malū sit p̄uatio: vt Aug. dicit: vī q̄ deꝰ nō cognoscat malū. ¶ P. oīs scia vel est cā scitoz vel cāta ab eis: ꝫ dei sciētia cāta nō ē: cū q̄ maloz cā nō sit: vī q̄ deus mala nesciat. ¶ P. scia ē assilatio sciētis ad rē scitā: cū igit malū iquātuz hꝺ nō assimilet deo: imo ipe recessus a silitudie ē malū: vī q̄ q̄ ꝺs malū nō cōſcat. ¶ Si dicas. q̄ cōſcit malū p bonū. ¶ Cōtra. cognoscere aliqd nō p se: ꝫ p aliud ē impfecte cognitiōis: nihil aūt impfectū deo est attribuendū. q̄

Sed contra. (ꝺs nō cognoscit mala p bona.

ē qō in ps. dr. Deus tu scis ifirmitatē meā z. ¶ P. pbs dicit in z̄o de aīa: q̄ rectū est iudex sui ipsius z oblig: cū igr malū sit obliq̄tio a rectitudie boni: vī q̄ deo q̄ oia bona pfecte cōſcit noticia boni nō desit.

Respondeo dōz: q̄ nescire dr dupl'r. Uno modo metaphoᶜᶜ ad silitudinē nesciētis se hr̄e: z sic ipm reprobare dei nescire dr: qz malos a gloria sua excludit: sic aliqs ignotos a secretis suis excludit: z p oppoᵐ ꝺs dr scire q̄ approbat: z sic verū ē q̄ ꝺs dr nescire mala. Alioꝰ dr nescire ꝓpe noticia rei carere: z p oppositū scire noticiā rei hr̄e: z ita deus nouit z bona z mala cognoscēdo essentiā suā: sicut tenebre cognoscūtur p cognitiōez lucis: vt dicit Dio. 7°. cap. de di. no. Sz sciēdū est q̄ p̄uatio nō cognoscit nisi p habitū opposituz: nec habitui opponit p̄uatio nisi circa idē subm ꝺsiderata. Luz aūt lucem dine essentie ipossibile sit deficere non opponit sibi p̄uatio aliq̄. Uñ malū nō opponit bono ꝓut in deo ē determinate: ꝫ forte opponit sibi fm cōem itentiōez boni. Opponit aūt determiate bono qō est participatū i creaturis: cui pōt admisceri defectꝰ. Uñ p h̄ q̄ deꝰ cognoscit eēntiā suaz cognoscit ea q̄ ab ipso sūt z p ea cognoscit defectꝰ ipsoz. Si aūt eēntiā suā cognosceret tīn: nullū malū vel p̄uatiōez cognoscēret nisi in cōmuni.

Et ideo patet rōnio ad p̄m: qz ex hoc q̄ Cōmen. ponit q̄ nihil nisi eēntiā suam cognoscit sequit q̄ mala nescit. vnde ibidē subdit q̄ nescit alia eē. vñ eodē modo quo alia a se cognoscit z p̄uatiōes ipsoz nouit nō sicut p̄mū cognitū: qz i itellectu suo nō potest eē aliq̄ p̄uatio: ꝫ sunt secūda intellecta: vt ex p̄dictis pz. ¶ Ad z̄m dōm: q̄ scia dei nullo mō a re cāta est: nec tamē est cā oium q̄ cognoscit: sed hoz tīn quoz ē p se cognitio. ſ. bonoz. mala aūt cognoscit p bona: vt dcīm ē. ¶ Ad 3ᵐ dōm: q̄ malū nō cognoscit a deo p silitudinez suā: ꝫ p silitudinē boni. fm. n. q̄ deꝰ cognoscit eēntiā suaz cognoscit vnāquāq̄ rē q̄tū de sua bonitate ꝓticipat z i quo deficiat: z ita cognoscit malū: cū in defectu rō mali ꝓsistat. ¶ Ad 4ᵐ dōm: q̄ cognoscere p aliud id qō p se natū est cognosci ē impfecte cognis: ꝫ malū p se nec cām nec volūtatē nec cognē hz: ꝫ p bonū: vt dicit Dio. 4. cap. de di. no. z iō h̄ ē pfecta cognitio mali vt p bonū cognoscat.

¶ Utr res q̄ cognoscunt a deo sint in deo. III.

AD tertiuz sic ꝓcedit: vī q̄ res q̄ a deo cognoscunt i deo nō sint. oē illud i quo ē aliqd diuersum ab eo cōpositū ē: cū igit deꝰ sit simplicissimus: vī q̄ res q̄ sunt diuerse ab eo i ipso nō sint. ¶ Si dicas q̄ nō sunt i eo p eēntiā: ꝫ p sui silitudinē. ¶ Cōtra. vnaquaeq̄ res veriꝰ ē vbi est p suā eēntiā q̄ vbi est p suā similitudinē: qz ibi nō vī esse nisi fm qd. Si igit res i deo nō sunt nisi fm sui silitudinez vī q̄ veriꝰ z melius sint in seipsis q̄ in deo: qō est ꝺ Aug. z Anſ. ¶ P. silitudo respōdet ei cuiꝰ ē silitudo: ꝫ res oēs nō hñt in se lucē z vitā: cū igit in deo sint vita z lux vī q̄ nō sint in deo p silitudinē. ¶ P. vbi est res fm sui silitudinem ibi nō attribuit sibi opatio ꝓpria sua. lapis. n. i oculo nō mouet deoz: ꝫ act. 17. dr q̄ i ipo deo viuimus mouemur z sumus. q̄ vī q̄ nō sumus i deo p silitudinē tīn. ¶ P. silitudines rez in deo scia exīstes cū ad scias ptineāt filio appropiant': ꝫ in ipso appropriat i lra spi. sancto: p ipz filio: z ex ipso pīt. q̄ vī q̄ nō dicat res esse in deo fm similitudinem.

Sed contra est quod dicitur Joā. i. Qō factū est in ipso vita erat z.

Respondeo dōz: q̄ hec ꝓpō i. fm q̄ diuersis adiūgit: diuersas habitudies notat: vt cū dr esse in toto: vel eē i loco: z hꝺ. Et iō sciēdū q̄ aliud ē esse in scia dei: z aliud in deo eē: z aliud eē in eēntia dīna. Scia. n. nominat cognitiōez quādā. Uñ esse in scia nihil aliud est q̄ p sciam cognosci. z iō oia q̄ deus scit z bona z mala i scia eiꝰ eē dīnr. Sz essentia significat p modū formē vel nāe. vñ eē in eēntia diuia nihil aliud ē q̄ subsiste re i nā dīna vel eē idē nāe dīne. z iō creature nō pñt dici in eēntia dīna esse: ꝫ tīn pſone dīne z ꝓpietates z attributa. Sz h nomē ꝺs signāt rē subsistētē cꝰ ē eē z opari. Uñ eē i deo pōt itelligi dupl'r. Uel q̄ ē in eē ipsi': z sic creatura nō sunt in deo. Uel q̄ subiacet opi eiꝰ: sic dicimus opa: quoz dñi sumus i nobis eē: z p modū istū oia q̄ a deo sūt

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eo esse dñr: nō aūt mala q̄ ab ipso non sunt. Et ita ꝑz q̄ tria ꝓdicta se hñt fm quēdā ordinē. gcḡd. n. ē i eēntia diuina est i deo q̄si ptinēs ad eē ipsi⁹: ſz nō ꝛuertit⁹: sicut ea q̄ subiacēt opi ei⁹ i ipso sunt: ſz nō in eēntia ei⁹. ⁊ silr gcḡd ē in deo ē in scia ei⁹: ſz nō cōuertit⁹: vt ꝑz de malis.

Ad primum g̃ dōm: q̄ i deo nihil ē diuersum ab ipso. vñ ⁊ creature fz b̄ q̄ i deo sūt nō sunt aliud a deo: q̄ creature i deo sunt cātrix eēntia: vt dic̄ Anſel. sunt. n. i deo ꝓ suā silitudinē; ipsa aūt eēntia dina silitudo ē oium eoꝝ q̄ a deo sunt. ¶ Ad 2m dōm: q̄ eē creature pōt q̄drupl⁹ ꝛsiderari. ꝓmo mō fz q̄ ē i ꝓpa nā. 2o mō put ē i cognitōe nr̄a. 3o mō put ē in deo. 4o mō cōiter, put abstrahit ab oib⁹ his. Cū g̃ dr̄ q̄ creatura ver⁹ eē hz i deo q̄ i ſcipso cōparat̄ p̄m ⁊ 3m eē respcū q̄rti: q̄ ois cōparatio ē respcū cōis: ⁊ ꝓ tāto dr̄ q̄ in deo hz verū esse: q̄ oē q̄ est i aliquo ē i eo ꝓ modū ei⁹ in quo ē: ⁊ nō ꝓ modū sui. vñ i deo ē ꝓ eē increatū: i se aūt ē ꝓ eē creatū in quo min⁹ ē de rōne vitate eēndi q̄ i esse increato. ¶ Si aūt cōparet eē p̄m ad 2m respectu q̄rti ꝛueniūtur se hr̄e fm excedētia ⁊ excessa. eē. n. q̄ est in ꝓpa nā rei i eo q̄ est subale excedit eē rei i aia: q̄ est accītale: ſz excedit ab eo fm b̄ q̄ est eē māle ⁊ illud itellectuale: ⁊ ita ꝑz q̄ aliq̄ res verⁱ eē hz vbi ē ꝓ suā silitudinē q̄ i ſeipsa. ¶ Ad 3m dōz: q̄ silitudo rei q̄ ē in aīa dupl⁹ cōsiderat̄. Uel fm q̄ ē silitudo rei: ⁊ sic nihil attribuit sibi nisi quod i re ꝛuenit. Aut fm eē q̄ hz i aīa: ⁊ sic attribuit sibi itelligibilitas vl̄ ꝛuersalitas: sic̄ et ꝑz i imagie cozpali cui ꝛuenit eē lapideū ex pte ei⁹ i quo ē: ⁊ nō ex pte ei⁹ cui⁹ ē silitudo. silr dico q̄ silitudini rez q̄ ē in deo ꝛuenit eē vitā ⁊ lucē nō fm b̄ q̄ silitudo rei ē: ſz fm q̄ ē i deo: ⁊ dr̄ vita iquātū ē p̄n^m opōnis ad eē rez: sic̄ et dr̄ a pbo in. 8. phy. q̄ mot⁹ celi ē vt vita q̄dā nā exītib⁹ oib⁹: ſz iquātū ē p̄n^m cognitiōis rez dr̄ lux. Uel alr pōt dici q̄ silitudo rei q̄ i aia ē: dr̄ vita iquātū est vt forma q̄dā ⁊ pfectio itellect⁹: ⁊ lux iquātū ē p̄n^m itellectualis opatōis: ⁊ p talē silitudinē dñr ēt in deo res eē vita ⁊ lux. ſūt. n. i eo sic̄ artificiata i artifice p suas silitudines. ¶ Ad 4m dōm: q̄ eē ⁊ viuere ⁊ moueri nō attribuunt reb⁹ i deo exītib⁹ fm eē q̄ in ipso hñt: ſz fz eē q̄ in ſcipsis hñt a deo: vt eē ptieat ad eēntiā: viuere ad vitē: ⁊ moueri ad opatōez: vl̄ viuere ad aiaz: moueri ad corpus. ⁊ eē ad vtrūq̄: ⁊ sic res i ꝓpa nā exītes dñr eē i deo fm q̄ eē ea⁹ a deo ptinet: ⁊ sic de alys. ſ. de motu ⁊ vita. ¶ Ad 5m dōm: q̄ silitudo rei q̄ ē in deo nō ē accepta a re: ſz ē cā rei. vñ gcḡd ē i eo ꝓ sui silitudinē est in eo sic̄ i ꝑn⁹ opāte ⁊ ꝛseruāte. Opatio aūt ⁊ ꝛseruatio rez a deo ꝛpletur p volūtatē ⁊ bonitatē ei⁹: q̄ volūtas iter tria. ſ. sciam potētiā ⁊ volūtatē ꝓximius ē ad op⁹. ⁊ iō i ipso approꝑat ſpi. sancto q̄ ꝓcedit ꝓ modū voluntatis: ⁊ cui bonitas ap ꝓpriat: cū b̄ ꝑpō i. dicat bitudinē ad ꝛtinēs ⁊ ꝛseruās. Sz p ipz approꝑat filio: q̄ ꝑ. denotat cām formalē: ⁊ ars p quā sic̄ p formaz opat artifex filio approꝑiat. Ex ipso aūt ꝑp habitudinē ꝑncipy quā ipotat b̄ ꝑpositio ex. approꝑiat ꝑri: q̄ est ꝑncipiū nō de ꝑn^o. ¶ Qō. II.

Deinde querit de ydeis. Et circa b̄ tria querūtur. Et ꝓmo an ydee sint. Secūdo de pluralitate ydeaꝝ. Tertio vtr ydee omnium in deo sint.

¶ Quid nomie ydee importet. I.

Ad primus sic procedit: vr̄ ydeas nō eē. sicut. n. dic̄ pbs in ꝑn^o metaph. dicere exēplaria eē vaniloquiū ē ⁊ poeticas metaphoras dr̄e: ſz ydeas exemplaria rez dicimus. g̃ vanus ē ydeas dr̄e. ¶ Pfecti⁹ ē agēs q̄ nō eget i ſua actōe ad exemplar respicere q̄ q̄ exēplari idiget: ſz ds ē pfecñ agens. g̃ nō ē sibi op⁹ ydeis: ad q̄rū exēplar faciat res. vñ ibidez pbs subdit. nā gd ē op⁹ ad ydeas respicere. ¶ Ꝑ. ſz Augu. meli⁹ scit̄ res p eēntiā suā q̄ ꝑ silitudinē suā: ſz ds nobilissime cognoscit res. g̃ scit eas p eēntias earum ⁊ nō p aliq̄s silitudies ydeales rez. ¶ Ꝑ. ois cognitio q̄ ē p mediū vr̄ eē collatiua ⁊ discursiua hr̄e de vno i aliud: ſz ds cognoscit simplici ituitu sine discursu ⁊ collatōe. g̃ vr̄ q̄ nō cognoscat res mediantibus ydeis.

Contra. ē gd dicit Augu. q̄ negat ydeas eē: negat filiū eē: ſz b̄ ē hereticus. g̃ ⁊ p̄m. ¶ Ꝑ. Lōmē. dicit i. xi. metaph̄. q̄ sicut oēs formе sunt i potētia i ꝓma mā: ita sunt i actu i ꝑ motoze: ſz nihil aliud dicim⁹ ydeas nisi formas rez in deo exītes. g̃ vez est ydeas esse.

Respondeo dōm: q̄ sic̄ forme artificiales habēt duplex eē. vnū i actu ꝑz q̄ sūt i mā. aliud i potētia fm q̄ sunt i mēte artificis: nō gdē i potentia passiua: ſz actia: ita ēt forme māles hñt duplex eē: vt dic̄ Lōmē. i. xi. metaph̄. vnū i actu fm q̄ i reb⁹ sūt: ⁊ aliō in pō actiua: fm q̄ sunt i motozib⁹ ozbiū vt ipe ponit: ⁊ ꝓcipue in ꝑ motoze: loco cui⁹ nos i deo dicimus. Uñ apud oēs pbos cōiter dr̄ q̄ oia sunt i mēte dei: sic̄ artificiata in mēte artificis: ⁊ iō formas rez in deo exītes ydeas dicimus: q̄ sunt sic̄ forme opatiue. Uñ dic̄ Diony. loquēs de ydeis i. 5. c. ō di. no. exēplaria dicim⁹ substātificas rōnes exītiū in deo: vniformiter ꝑexītes: q̄s theologia ꝓdiffōnes vocat ⁊ dīnas ⁊ bonas volūtates exītiū ꝑdeterminatiuas ⁊ productiuas. ꝓper ydeas tñ ds ñ tñ practicā: ſz ſpeculatiuā cognitiōez de reb⁹ hz cū nō solū cogſcat res fm b̄ q̄ ab ipo exeūt: ſz ēt fm q̄ i ꝑa nā subsistūt. Ydea. n. dr̄ ab ydeos q̄ ē forma. vñ nomē ydee q̄tū ad ꝑpetatē nois eq̄lr se hz ad practicā ⁊ speculatiuaz cognitiōez. forma. n. rei i itellcū exīs vtriusq̄z cognitōis ꝑn^m ē. Quāuis. n. fm vsuz loquētiū ydea sumat̄ ꝑ forma q̄ ē ꝑn^m practice cognitōis fm q̄ ydeas exēplares rez formas nominamus: tamē etiā ꝑncipiuz speculatiue cognitiōis est fm q̄ ydeas ꝓtēplātes formas rez nominamus.

Ad primus g̃ dōz: q̄ sic̄ dic̄ Lōmē. in. xi. metaph̄. plo ⁊ alij antiq ꝑbi q̄si ab ipsa vitate coacti tēdebāt i illud q̄ postmodū Ar⁹. exꝑssit: q̄uis nō quenerit i ipm. ⁊ iō plo ponēs ydeas ad b̄ tēdebat fm q̄ ⁊ Ar⁹. posuit. ſ. eas eē i itellcū dīno. vñ b̄ ꝓbare pbs nō itēdit: ſz 2m moduz quo plo posuit formas nāles p se exīstētes sine mā eē. ¶ Ad 2m dōm: q̄ ſi ds idigeret respice re in aliq̄d exēplar ex̄ se: ceēt ipfectū agēs: ſz b̄ nō ꝛigit ſi eēntia sua exēplar oiuz rez ponat̄: q̄ sic ituēdo etiā suaz oia ꝓducit. ¶ Ad 3m dōz: q̄ opz illud p q̄d ē cognitio rei eē vnitū cogſcēti. vnde eēntia rez creataꝝ cuz sit separata deo nō pōt eē mediū cogſcēdi ipas res a deo: ſz cogſcit eas nobiliori medio. ſ. p essentiā suā. ⁊ iō pfecti⁹ cogſcit ⁊ nobiliori mō: q̄ sic nihil nisi eēntia ei⁹ est ꝑn^m sue cognitiōis. Oporteret. n. q̄ eēt aliud si p essentiā rez q̄si p me diū cognosceret res: cū mediuz cognoscēdi sit cognitiōis ꝑn^m. ¶ Ad 4m dōm: q̄ cognitio discursiua est q̄n ex pus notis i ignotū deuenit: ⁊ nō q̄n p silitudinē rei apꝑhendit̄ res ipsa: q̄ sic ēt oculus videt̄ lapidē hr̄et cognitiōez collatiuā de ipso. ⁊ iō q̄uis deus sciat res p silitudinē que i ipo ē sicut p mediū: ⁊ q̄uis cognoscat ēt ordinē rez: nō tamē hz discursiuā sciam: q̄ oia simul ituet̄.

¶ Utrum ydee sint plures. II.

Ad secundū sic procedit: vr̄ q̄ nō sint plēs ydee. ydea enī dr̄ silitudo p quā cogſcit res: ſz sic̄ supra hitū ē: deus cogſcit oia p eēntiā suā: cū igit essentia sua sit vna vr̄ q̄ ydea sit tñ vna. ¶ Si dicas q̄ sunt plēs ꝓp respectus diuersos ad res. ¶ Cōtra. relones q̄ sunt dei ad

creaturā sūt realr i creaturis ⁊ nō i deo: creature ăt ñ fuerūt ab eterno. g̃ nec relones dei ad creaturā. g̃ ydee ñ fuerūt plēs ab eterno: ſz ds ñ alio⁹ cogſcit res factas q̄ añq̄ faceret vt hitū ē ex vbis Augu. g̃ mō nō cognoscit ꝑ plēs ydeas res: ſz ꝑ vnā tñ. ¶ Ꝑ. vt dcm̄ est ydea se hz ad rē cui⁹ ē: sic̄ forma artis q̄ ē in mēte artificis ad artificiatū: ſz diuersitas artificiatoꝝ, puenit ex pluralitate formaꝝ q̄ sunt in mēte artificis: ⁊ nō eoꝝ. g̃ vr̄ q̄ nec diuersitas rerū possit ꝛducere plalitatē ydeaꝝ. ¶ Ꝑ. sic̄ ydea dr̄ relatiue ad ydeatū ita ⁊ scia dr̄ ꝓ respcū ad scibile: sed q̄uis sint plura scita a deo: tñ est vna eius sciētia. g̃ rez oiuz q̄ ab ipso, producunt est vna tñ ydea.

Sed contra illud i quo nō ē plalitas aliq̄ nō pōt plaliter ꝛsignificari: sed Augu. plalr ydeas noīat dicēs q̄ ydee sunt rōnes rez stabiles i mēte dīna exītes: ⁊ cū ipe nec oriant nec intereāt: fm eas tñ fit omne q̄d iterit ⁊ oziť. g̃ ydee sunt plēs. ¶ Ꝑ. fm Dama. dr̄ia ē cā nūeri: ſz fm Augu. ſ. de alia rōne creanit hoiez ⁊ equū. g̃ vr̄ q̄ sint plēs rōnes ydeales rez in deo.

Respondeo dōz: q̄ cū ds de singlis reb⁹ ꝑpriam cognitōez hēat: oz q̄ eēntia sua sit sīlitudo singulariū rez fm q̄ diuerse res diuersimode ⁊ pticulariter ipsaz imitant̄ fm suā capacitatē: q̄uis ipsa se totā imitabilē ꝑbeat: ſz q̄ pfecte nō imitant̄ eā creatura: ſz diffoꝛmiter: b̄ ē ex earū diuersitate ⁊ ꝛfectu: vt dic̄ Dio. i. z. ca. ō di. no. Uñ cū b̄ nomē ydea noīet eēntiā diuinā fz q̄ ē exēplar imitatū a creatura dīna: eēntia erit ꝑpa ydea ilti⁹ rei fm determinatū imitatiōis modū. Et q̄ alio⁹ imitant̄ eaz diuerse creature. iō dr̄ q̄ ē alia ydea vel rō q̄ creat̄ hō ⁊ equ⁹. Et ex ide seq̄t q̄d fm respectū ad plures res q̄ dīnā eēntiā diuersimode imitant̄ sit pluralitas i ydeis: q̄uis eēntia imitata sit vna. vbi gra. sic̄ ex ꝑdictis ꝑz qcḡd ꝑfectōis i reb⁹ ē: b̄ totū deo fm vnū ⁊ idē idiuisibile ꝛuenit. ſ. eē viuere ⁊ itelligere: ⁊ oia hz. Cū aūt oēs creature imitent̄ ipsaz eēntiā quātū ad eē: nō tñ oēs q̄tū ad viuere. Nec ite⁊ illa que imitant̄ ipsam quātuz ad eē eodē mō esse ꝓticipāt: cū quedā alys nobilius esse possideāt: ⁊ ex b̄ efficit̄ ali⁹ respect⁹ essentie dīne ad ea q̄ hñt tñ eē: ⁊ ad ea q̄ hñt eē ⁊ viuere. ⁊ silr ad ea q̄ diuersimode eē hñt: ⁊ ex b̄ sunt plēs rōnes ydeales fm q̄ deus itelligit essentiā suā vt imitabilē per hunc vel p illū modum. Ipse. n. ratiōes imitatiōis intellecte seu modi sunt ydee. ydea. n. vt ex dictis ꝑz nominat formā vt itellectā: ⁊ nō, put est in natura intelligentis.

Ad primum g̃ dōz: q̄ ydea nō noīat tñ eēntiā: ſz eēntiā imitabilē. vñ fz q̄ ē multiplex imitabilitas i eēntia dīna ꝑp plenitudinē sue pfectiōis ē plalitas ydeaꝝ. ¶ Ad 2m dōz: q̄ q̄uis relones q̄ sunt dei ad creaturā realr i creatura fundētur: tñ fm rōnē ⁊ itellectū in deo ēt sunt. Intellcñ aūt dico nō tñ humanū: ſz ēt angelicū ⁊ dīnū. ⁊ iō quāuis creature ab eterno nō fuerit: tñ itellect⁹ dīn⁹ ab eterno fuit itelligēs eēntiā suā diuersimode a creaturis imitabilē: ⁊ ꝑp b̄ fuit ab eterno plalitas ydeaꝝ i itellcū dīno nō in nā ipsi⁹. nō. n. eodē mō ē in deo forma eg ⁊ vita: q̄ forma eg nō ē i deo: nisi sicut rō itellecta: ſz rō vite i deo ē nō tñ sic̄ itellecta: ſz ēt sicut i nā rei firmata. ¶ Ad 3m dōm: q̄ q̄uis plurales ydeaꝝ attēdat fm respect⁹ ad res: nō tñ plalitas rez est cā pluralitatis ydeaꝝ: ſz ex̄. nō. n. q̄ res diuersimode imitant̄ dīnā eēntiā. iō itellect⁹ ei⁹ ituet eā diuersimode imitabilē: ſz poti⁹ ex̄. Intellect⁹. n. dīn⁹ est cā rez: distinctio aūt ydealiū rōnū est fm opationē itellect⁹ dīni: put itelligit essentiā suā diuersimode imitabilē a creaturis. ¶ Ad 4m dōz: q̄ eēntia dīna vna ē ⁊ respect⁹ plēs: ⁊ iō illud q̄d noīat tñ eēntiā nō pōt plaliter significari: sicut ē scla q̄ ꝛz se magis ex pte sciētis vt forma ipsi⁹. ⁊ nō aūt se ꝛz magis ex pte rei vt cōsignificari ⁊ significari plaliter possit. Dicimus. n. rōnes plēs. Ydea autē. q. medio mō se hz: q̄z eēntiā ⁊ rōnē imitatōis q̄ ē fm respcm̄ ipoꝛtat: ⁊ iō si ꝛueniat̄ i noīe ydee ꝛsignificata plalitas: vt cū plaliter ꝓferť: raro tñ aut nūq̄ ꝛueniť significata p additōez termini numeralis: vt si dicat̄ plures ydee. plalitas. n. exprimit̄ magis significando q̄ cōsignificādo ⁊c.

¶ Utr in deo sint ydee oium que cognoscit. III.

A D tertiuz sic ꝓcedit: vr̄ q̄ nō omiuz q̄ cognoscit ds: ydee in ipo sint. Mala. n. cogſcit ds: ſz mali ydea i ipo eē nō pōt: cū ydea imitatiōez ipoꝛtet. vnūq̄q̄ aūt ꝑ b̄ malū ē q̄d ab imitatōe dei recedit. g̃ nō oium rez ydee sunt i deo cū plēs res male sint. ¶ Ꝑ. ydea noīat formā. dr̄. n. ab ydos q̄d ē forma: ſz māe p⁹ nō est aliq̄ forma: sic̄ nec ꝑmus act⁹ q̄ ē ds hz aliq̄s mām: alis neutr ⁊ eēt ꝑm^m. g̃ nō oium ē ydea i deo. ¶ Ꝑ. ds nō tñ cognoscit ylia ſz ēt ꝑticularia. Sz ꝑticulariū iquātū hz nō vr̄ eē ydea cū oia singularia vni⁹ ſpēi in forma ꝛueniāt. g̃ nō oiuz cognitoꝝ a deo ē ydea. ¶ Ꝑ. ydea nō ē nisi alic⁹ q̄d eā p imitatōez ꝑticipat: ſz accītia cū nō sint p se subsistētia nihil participāt: sed ipla sunt participatōes quedā: g̃ cū accidētia sint cognita a deo sicut ſube: vr̄ q̄ nō oiuz

Sed contra (cognitoꝝ a deo sit ydea. ois cognitio ē p ſpēm aliq̄s cogniti i cognoscēte: sed ſpēs rerū in deo existētes ydee dñr. ergo oium cognitoꝝ a deo ydea in ipso est.

Respondeo dōz: q̄ sic̄ ex aucte Dio. inducta ꝑz: ydea dr̄ silitudo vel rō rei i deo exīstēs fz q̄ ē ꝓductiua ipsi⁹ rei ⁊ ꝑdeterminatiua. ⁊ iō vnūq̄q̄ fz q̄ se hz ad b̄ q̄ a deo ꝓducat̄: ita se hz ad b̄ q̄ ipi⁹ ydea sit i eo. Oē aūt q̄d ab aliq̄ p se agēte ꝓducit: oz q̄ fm b̄ q̄d ab ipso effectū ē ipz imitet̄: q̄ vt ꝑbat pbs. silē agit sibi silē tā i his q̄ agūt p volūtatē q̄ i bis q̄ agūt p necitatē. Uñ fm id q̄d aliq̄d a deo ꝓducit fz b̄ silitudinē i ipso hz: ⁊ fz b̄ ē ydea ipsi⁹: i deo: ⁊ fz b̄ a deo cogſcit: ⁊ iō cū ois res a deo ꝓducat̄: oz oium rez ydeas in ipso esse.

Ad primus g̃ dōz: q̄ malū iquātū malū nihil est cū sit ꝓuatio q̄daz: sic̄ cecitas. ⁊ iō rei male ydea gdē i deo est: nō gdē iquātū mala ē: ſz iquātū res ē: ⁊ ipz malū ꝓ oppom bonū cogſcit a deo: a q̄ res ꝑuatiōi subiecta deficit. ¶ Ad 2m: q̄ cū mā ꝑma a deo sit: oz ydeā ei⁹ aliq̄lr i deo eē: ⁊ sic̄ attribuit sibi eē: ita attribuit sibi ydea i deo: q̄z oē eē iquātū pfectū ē exēplariter ductū est ab eē dīno. Esse aūt pfcm̄ māe nō ꝛuenit i se: ſz solū fm q̄ ē i ꝓposito. In se vo hz eē ipfectū fz vltimū gradū eēndi q̄ ē eē i pōt: q̄ sic sibi a deo eē pfectū ꝓferť. In se vo ꝓsiderata hz in deo ipfectā rōnē ydee: b̄ est dictu: q̄ eēntia dīna ē immutabilis a ꝓposito fz eē pfcm̄: a mā fm eē ipfectū: ſz a ꝑuatione nullo⁹. Et iō cōpositū fm rōnē sue formе hz pfecte ydeā i deo: mā vo ipfecte: ſz ꝑuatio nullo⁹. ¶ Ad 3m dōz: q̄ ꝑticularia hñt ꝑpas ydeas in deo. vñ alia ē rō petri ⁊ martini i deo sic̄ alia rō hois ⁊ eg. Sz tñ diuersimode: q̄ diuersitas hois ⁊ eg ē fm formaz cui pfecte rñdet ydea. Sz distictio singulariū vni⁹ ſpēi essentialis ē fm mām q̄ nō pfecte hz ydeā. ⁊ iō pfectioz ē distictio rōnū rñdētiuz diuersis ſpēb⁹ q̄s diuersis ididuis: ita tñ q̄ ipfectio referrat̄ ad res imitātes ⁊ nō ad essentiā diuinā quā imitant̄. ¶ Ad 4m dōz: q̄ accītia ēt pfectū eē ñ hñt. vñ ꝺficiūt a pfectōe ydee: ꝑp q̄d ēt plo ñ posuit ydeas accītiū ſz substātiaꝝ tñ: vt ꝑmo metaph̄. dr̄: tñ fm q̄ esse hñt ꝑ imitationē dīne eēntie: sic essentia dīna est eoꝝ ydea. Et sic parent oia obiecta ⁊ etiā dicta in littera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quibus modis dicatur deus esse in rebus.

¶ Distinctio. XXXVII.

Et qñ dem̃ratū est ex pte: quo oia dicañ eē in deo: addēdū vī b: qb⁹ modis dicaī de⁹ eē in reb⁹: si tñ id būana mēs vl ex pte ꝺ igne valeat cogitare: vel ligua sufficit elog. Sciēdū g̃ ē q de⁹ icōmutabilr semp in se existēs: pñtialr: potentialr: eēntialr est in oi nā siue eēntia sine sui diffōne: t in oi loco sine circūscriptiōe: t in oi tpe sine mutabilitate. Et p̃terea i scis spiritib⁹ t aiab⁹ est excellēti⁹. s. p gr̃am ibabitās: t i homie xp̃o excellētissime: i quo plenitudo ꝺinitatis corpaliter bitat: vt ait apl's. In eo. n. ꝺs habitauit nō p gr̃am adoptōis: ꝫ p gr̃az vnionis. Ne aūt ista qz capacitatē būane itelligētie excedūt: falsitatis arguere aliq p̃sumāt: sanctoꝝ auctoritatib⁹ muniēda mihi vī̃r. Btūs Grego. sup cantica cāticoꝝ ingt. Licet ꝺs cōi mō oib⁹ reb⁹ iſit pñtia: potētia: suba. tñ familiariori mō p gr̃am dī eē in illis q mirificētiā opeꝝ dei acutius t fideli⁹ ꝓsiderāt. Be B. n. codē Augu. ad Bardanū i li. ꝺ pñtia dei ait. Cū ꝺs sit nā icorporea t icōmutabilr viua: eterna stabilitate in seipo manēs: tot⁹ adest reb⁹ oib⁹: t singulis totus. Sz i qb⁹ bitat: bñt eū p sue capacitatis diuersitate: alīj ampli⁹: alīj min⁹: quos ipe sibi dilectissimū tēplū gr̃a sue bonitatis edificat. Hylari⁹ quoqꝫ i. viij. li. de tri. aptissime docet deū vbiqꝫ eē. Be⁹ ingt imēse virtutis viuēs ptās q̃ nuſq̃ nō assit: non desit vſqꝫ: se oēm p sua edocet vt vbi sua sint ipe eē itelligañ. Nō āt corpali mō cū alicubi sit: nō ēt vbiqꝫ eē credañ: cū t i oib⁹ eē nō desinat. Amb. i li. i. de spū scō. Spiritū scīm ꝓbat nō eē creaturā: qz vbiqꝫ ē: qꝺ est ꝓpriū ꝺinitatis ita dicēs. Luz ois creatura certis nāe sue sit circūscripta limitib⁹: qūo qs audeat creaturā appellare spīm scīm: q nō habeat circūscriptā ꝺtermiatā virtutē: q t i oibus t vbiqꝫ semp ē: qꝺ vtiqꝫ ꝺinitatis t ꝺnatiōis est ꝓpriū. Idē in eodē. Bñi ē oia cōplere: q ꝺicit. Celū t terrā ego cōpleo. Si g̃ ꝺns ē q celū cōplet terrā: qs g̃ p̃t spīm scīm iudicare ꝺnatōis t ꝺine pātis exortē q repleuit orbem. Et qꝺ plus ē repleuit t Jesus tot⁹ mūdi redēptorē. Ex his alīſqꝫ plib⁹ auctib⁹ apte mōstrañ: q ꝺs vbiqꝫ t i oi creatura eēntialr: pñtialr: pōlit ē.

Colloſ. 2.

Jere. 23

¶ Oz in scis nō mō est: ꝫ ēt bitat: q nō vbicūqꝫ est habitat.

In scis ꝺo ēt bitat i qb⁹ ē p gr̃az: nō. n. vbicūqꝫ est ibi bitat: vbi ꝺo bitat ibi ē. In solis bonis bitat: q sūt templū ei⁹ t sedes ei⁹. Añ p Ysaiā ꝺns ait. Celuz mihi sedes ē: terra aūt scabellū pedū meoꝝ: qz in electis q sunt celū bitat ꝺs t regnat: q ei⁹ voluntati deuoti obtēperāt. Malos ꝺo q sunt terra: iudiciī districtōe calcat. Añ t i lib. Sap. ꝺī Thron⁹ sapie aia iusti: qz i iustis spāli⁹ est q̃z i alījs rebus: i qb⁹ tñ oibus tot⁹ ē: quēadmodū aia: vt ait Aug. i epla ad Hiero. de origie aie: p oēs pticulas corpis tota adest sīl: nec minor in minorib⁹: nec maior i maiorib⁹: ꝫ tñ in alījs itēsi⁹: i alījs remissi⁹ opañ cū i singulis pticulis corpis eēntialr tota sit: Ita t de⁹ cū sit i oibus eēntialr ac tot⁹: i illis tñ pleni⁹ eē ꝺr quos ibabitat. i. i qb⁹ ita est vt faciat eos tēplū suū: t bi tales cū eo sunt iā ex pte: ꝫ i beatitudie pfecte. Mali ꝺo t si ibi sint vbi ipe est q nuſq̃ deest: nō tñ sunt cuz eo. Añ Aug. sup Joā. Nō satis fuit dicē vbi ego suz t illi sūt: ꝫ addidit mecū: qz t miseri p̃t eē vbi t ille est: q nuſq̃ deest. Sz bti sunt cū illo: qz nō sunt beati nisi ex eo q cū illo sunt: q fruunt eo: t vidēt illi sīc ē. Mali ꝺo nō sunt cū illo vt ceci i luce nō sunt cū luce: nec boni ita nūc sūt cū eo vt videāt p spēm: t si sunt aliquo mō cū eo p fidez. Qūo aūt de⁹ bitet in bonis: ex illis aliq̃tenus itelligere valebis q̃ supra dicta sunt: cū de spūs sci ꝓcessione tpali agere⁊: vbi licz ex pte expōit: ex pte. n. cognoscimus t ex pte ꝓphetam⁹ qūo spūs scūs bitet in nob: q nō sine p̃re t filio inhabitat.

¶ Ubi erat vel bitabat de⁹ añ q̃z eēt creatura.

Si aūt q̃ris vbi habitabat ꝺs añ q̃z sceēnt: Dicim⁹ qz i se bitabat. vñ Augus. i li. ꝺ Maxim. In tēplo igt suo bitat ꝺs. s. i scis q sūt tēplū dei mō ꝫ fidē ābulātes: t tēplū dei erūt aliq̃n ꝺm spēm: q̃r ēt nūc tēplū dei sūt angeli. Sz ꝺicet aliqs: añ q̃z faceret ꝺs celuz t terrā: añ q̃z faceret scōs vbi habitabat: In se habitabat ꝺeus: apud se bitat: t apud se est. Non g̃ sci sic sunt domus dei: vt ea subtracta cadat ꝺeus. Immo sic habitat ꝺeus i scis: vt si ipse ꝺisceſſerit: cadāt.

¶ Multa ꝺ breuiter ꝺocet q̃ ꝓfir māt p̃dicta.

Sciēdū ē ēt: qz vt ait aug. i li. ad Bardanū. Dici nisi stultissime neqt: spīm scīm ñ bñe locū i nro corpe: qꝺ totuz aia nra impleuerit. Stulti⁹ ēt ꝺī āgustijs alicubi ipediri trinitatē: vt p̃r t filī⁹ t spūs scūs alicubi sīl eē ñ p̃t. Uer illud ē multū mirabili⁹: q cū ꝺs vbiqꝫ sit tot⁹: ñ tñ i oib⁹ bitat. Quis porro audeat opinari: nisi ispabilitatē trinitatis penit⁹ ignorer: q i aliquo possit bitare p̃r t filī⁹ i quo ñ bitet spūs scūs. Aut i aliquo spūs scūs i quo nō bitet p̃r t filī⁹. Fatēduz ē g vbiqꝫ eē deū p ꝺinitatis p̃fectiā: ꝫ nō vbiqꝫ p inhabitatiōis gr̃am. Propter hāc. n. bitatiōez gratie nō ꝺicimus pater noster qui es vbiqꝫ: cū t hoc verꝫ sit: ꝫ qui es in celis. i. in sanctis: in qb⁹ est quodam excellentiori modo.

¶ Oz ꝺeus bitator est quorūdā nōdū cognoscētium deū: t nō quorūdā cognoscentium.

Illud quoqꝫ mirabile ē: quia vt ait Aug. i eodē: ꝺs ē habitator quorūdaz nōdū cogscentiū deū: t nō quorūdā cogscētiū deū. Illi. n. ad tēplū dei nō ptinēt: q cogscētes deū ñ sīc deū glorificāt. Ad tēplū dei ptinēt paruuli scificati sacrameto xp̃i t remūerati spū scō: q nōdū valēt cognoscē deū. Ergo quē potuerī illi nosse nec bñe: isti potuerūt bñe añ q̃z nosse. Brissimi aūt sunt illi qb⁹ ē deū bñe qꝺ nosse. Hic aliq̃tenus apit Aug. qūo ꝺs bitet i aliquo. i. bēat: cū. vz. ita ē i aliquo vt ab eo cognoscat t ꝺiligatur.

¶ Qūo de⁹ tot⁹ vbiqꝫ sit p eēntiā: nō pōt itelligi ab humano sensu.

Ex p̃dictis pz q ꝺs vbiqꝫ tot⁹ ē p eēntiā: t i scis bitat p gr̃am. Cuiqꝫ supi⁹ licet tenuiter oñsum sit q̃ rōne dicañ bitare i qbusdā: efflagitaret ordis rō id ēt assignari qūo vbiqꝫ p eēntiā t tot⁹ sit: nisi b⁹ ꝓsideratōis sublimitas atqꝫ imēsitas humane mētis sensum oīno excederet. Ut. n. ait Chrysо. sup epla ad Heb. Sīc multa de deo itelligim⁹ q̃ loq penit⁹ nō valemus: ita m̄ta loqmur q̃ itelligere ñ sumus idonei. Ubi gr̃a. Oz vbiqꝫ ꝺs ē: scim⁹ t ꝺicim⁹: qūo aūt vbiqꝫ sit: itellcū nō capimus. Itē q ē icopea q̃dā ꝓt⁹: q̃ oiuz ē eā bonorū scim⁹: qūo aūt vel q̃ ista sit: penit⁹ ignoram⁹.

¶ Quorūdā opio q p̃sumūt oñdere qūo ꝺeus vbiqꝫ sit p essentiā: potentiā: p̃sentiam.

Uidaz tñ imēsa igenio suo metiri p̃sumptes: Bita forte itelligēdū tradiderunt: q ꝺs vbiqꝫ p eēntiā eē ꝺī: nō q ꝺei eēntia ꝓprie sit in oi loco t omni creatura: ꝫ qz ois nā atqꝫ oē qꝺ nāl'r ē: in quocūqꝫ loco sit: p eū hz eē: t ois loc⁹ in quo illud est. Idē ēt ꝺicūt tō deū vbiqꝫ ꝺici eē p̃ntiā vl p potētiā: qz cūcta loca sunt ei p̃ntia: t q̃ in eis sūt: nec i eis aliqd opari cessat. Nā t ipa loca: t qcqd i eis ē: nisi ipe ꝓseruet manere nō p̃nt. In eis g̃ p subaz ꝺs eē ꝺī vt aiūt: qz p̃tutē p̃prie subē sue facit: vt ēt loca sint t oīa q̃ in eis sunt: Sz licet hec vera sint que asserūt i explanādis itelligētijs p̃dictoꝝ. In illis tñ ꝓbis qb⁹ ꝺī de⁹ vbiqꝫ esse p essentiā: plus ꝓtineri credēdum est: qꝺ homo vīēs capere nō valet.

¶ Oz ꝺeus cū sit in oib⁹ rebus: nō tñ sordib⁹ rerum inquinatur.

Solet ēt ab eisdē q̃ri qūo ꝺs subaliter insit oib⁹ rebus: t corporaliū sordiū inquinatiōibus nō ꝓtingañ: qꝺ taz friuolū est: vt nec resp̃siōe sit dignū: cū etiā spūs creat⁹ sordib⁹ corporeis ēt leprosi vl q̃tūcūqꝫ polluti ignari non possit. Sol quoqꝫ radios suos sine sui pollutōe effūdit sup loca t corpa: nō solū mūda: ꝫ ēt imunda: ac sordi⁹ fetētia: quoꝝ ꝓtactu hoies t alie q̃dā res ificiunt. Solis ꝺo radij ipolluti t icōtamiati ea ꝓtingētes existūt. Nō ē ergo mirādū: si cētia ꝺina oīno simplex t icōmutabilis oia replet loca: t oib⁹ creaturis eēntialiter iest: nec tñ cuiuſq̃ rei sordib⁹ ꝓtaminañ vel ꝓtingit. Añ Aug. in lib. de nā boni. Cū i deo ingt sint oia q̃ cōdidit: nō tñ iquināt eū illi q peccāt. Be cui⁹ ēt sapia q̃ attingit a fine vſqꝫ ad finez fortiter ꝺī. Attingit oia pp suā munditiā: t nihil iquinatū in eam icurrit. Postremo resp̃ꝺeant: qd pot⁹ de deo respondēdū existimēt: vel q nuſq̃ p essentiā sit: vel vbiqꝫ: vel q alicubi ita q nō vbiqꝫ. Sz qs audeat dicere q nuſq̃ ꝺiuina essentia sit: vel q alicubi t nō vbiqꝫ sit: Si. n. ita est alicubi q ñ vbiqꝫ: q̃ localis est. Est ergo vbiqꝫ tota q̃ cōtinet totū: t penetrat totū: que nec p sui simplicitate ꝺidi: nec p sui puritate maculari: nec p sui imēsitate vllo mō cōprehendi p̃t. Añ Augusti. Deus vbiqꝫ est: cui nō locis sed actionibus propinquamus.

¶ Diuisio textus.

Ostenso quō res sint in deo. Dic ex inꝺeti oñdit quō deus sit i reb⁹: t diuidit in partes duas. In p̃ma oñdit deū esse vbiqꝫ t in oib⁹ rebus. In scꝺa pte remouet a deo quedaz: q̃ creature in loco existentes ꝓsequunt. ibi. (Cū natura ꝺina ꝛc.) Prima in ꝺuas. In p̃ma ponit modos qb⁹ deus i reb⁹ eē ꝺr. In zª ingrit rōnes illoꝝ modoꝝ. ibi. (Quo aūt ꝺs bitet i bōis ꝛc.) Circa p̃m⁹ duo fac. Prio enūerat modos. zº auctib⁹ confirmat. ibi. (Nūc aūt ista ꝛc.) Et p̃ confirmat modū q̃ ē cōiter i oib⁹ creaturis. zº modū q̃ spāli⁹ est i scis. ibi. (In scis ꝺo ꝛc.) Mod⁹ aūt q̃ spāli⁹sime ē i bois xp̃o ptinet ad 3m̄ lib. Circa. 10 eū ptermittit. (Quo aūt ꝺs ꝛc.) hic oñdit rōnes ꝺcoꝝ modoꝝ. Et p̃ q̃tū ad modū q̃ spāli⁹ i scis est. zº q̃tū ad modū cōez q̃ ē i oib⁹ creaturis. ibi. (Ex p̃dictis pz ꝛc.) Et circa p̃m⁹ duo fac. Prio oñdit vitatē. zº excludit q̃sdā dubitatōes. ibi. (Si aūt q̃ris ꝛc.) Et sūt tres p ordinē iducte: vt pz i lra. (Ex p̃dictis pz ꝛc.) Dic ingrit rōnē q̃tū ad modū cōez. Et circa b tria fac. Prio oñdit modi illi⁹ icōprehēsibilitatē. zº redarguit quorūdā ins̄ufficiētē assignatōez. ibi. (Quidā tñ immēsa ꝛc.) 3º excludit erroneā q̃stionē. ibi. (Solet etiā ab eisdez q̃ri ꝛc.) Ubi duo facit. Primo excludit obiectionē. Scdo destruit positionez. ibi. (Postremo resp̃ꝺeant ꝛc.)

¶ Questio. I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HIc est duplex qō. Primo qūo ōs ī oīb⁹ rebus sit. 2° qūo ybiq; sit. Circa p⁹m q̄runt duo. Primo vtr ōs sit ī oīb⁹ reb⁹. 2° ō diuersitate modo⁹ qb⁹ in reb⁹ eē dr.

Utr deus sit in rebus. I.

AD primum sic ꝓcedit. vr q ōs ī reb⁹ nō sit. Inter cās.n.ille scole rei ītrisece sunt q̄ ptes ei⁹ sunt: vt mā ⁊ forma: nō āt agēs ⁊ finis: ſz ōs nō ē cā rer vt ve niēs ī ꝺstitutōez ipsar: qz regit oēs res ꝓter q̄ cōmisceaī cū eis: vt dr li. de cāis. g̃ ōs ī reb⁹ creatis nō ē. P. nobili⁹ agēs ē B qō ꝓt ꝓducere effectū ī absentia sua q̄ qō nō pōt B facere nisi p suā pītiā: ōs āt ē nobilissimū agēs: cū igit inueniant q̄dā agētia ⁊ fm volūtatē ⁊ fm nām: q̄ ī absentia sui ꝓducūt effect⁹: fic sol ī celo exīs efficit calorē ī terra p emissionē vtutis sue: ⁊ rer aliqs p ipiū suū multa efficit vbi ipse nō ē pīs: vr q multo fort⁹ ōs in absentia sui posſit effectū ꝓducere: ⁊ ita nō oz q̄ sit in reb⁹ q̄s ꝺdidit. P. q̄to aliq̄ agēs nobili⁹ ē tāto nobiliorē effectū ꝓducere pōt: ſz pfect⁹ ē qō pōt p se ꝺseruari ī eē absente sua cā q̄ qō nō pōt: fic figura pfect⁹ ē ī cera ī q̄ manet ēt sigillo amoto: q̄ ī aq̄ vbi nō manet ī absentia ipiimētis: cū igr ōs sit pfectiſſimus agēs: vr q reb⁹ q̄s ꝺdidit ꝺtulerit B vt ēt ī absentia sue cāe ꝺseruari possint ī eē: ⁊ ita ad ꝺseruatōez rer nō exigit q ōs in reb⁹ sit. P. ipole ē q duo agētia īmediate opent eādē rē: ita q vtrūq; illoz p/fecte opet: qz ad vnū opatū terminat vna opō q exit ab vno opāte: ſz ſingle res hñt opones ꝓpas: vt dic Dam. g/bus suos effect⁹ pagūt. g vr q ōs nō īmediate sit opans q̄cqd in reb⁹ efficit: ⁊ ita vr q nō in oīb⁹ rebus sit. P. demōes res q̄dā sunt: sed absurdissime dr deus in demonibus esse. g deus nō est in oībus rebus.

Sed contra Jc.zz. Nūgd ñ celū ⁊ terrā ego impleo: ſz p celū ⁊ terrā itelligit omnis creatura: vt ps ex pn⁹ gen⁹. g ōs ī oīb⁹ creaturis ē. Hoc ēt vr p B qō hr ad Heb. i. Portās oia vbo vtutis sue. Nō āt pt ꝺseruare res nisi sit pīs eis. g vr q in oīb⁹ rebus sit.

Respondeo dōz: q ōs eēntialr ī oīb⁹ reb⁹ ē. ñ tñ ita q reb⁹ cōmisceaī q̄si ps alic⁹ rei. Ad cui⁹ euidētiā oz tria ꝓnotare. Prio q mouēs ⁊ motū agēs ⁊ patiēs ⁊ opās ⁊ opatū opz sil'eē: vt i. 7. phy. pbat. Sz B diuersimode ꝺtigit ī cōpalib⁹ ⁊ spūalib⁹. Qr.n. corpus p eēntiā suā q̄ circūlimitata ē termis q̄titatis determiatū ē ad sitū aliquē nō pōt eē q corp⁹ mouēs ⁊ motus sint in eodē situ: vñ opz q sil'sint p ctactū: ⁊ sic vtute sua īmutat corp⁹ qō īmediate sibi ꝺiūgit: qō ēt īmutatū aliō īmutare pt vsq; ad aliquē terminus. Spūal'ēs suba cui⁹ eēn⁹ oīno absoluta ē a q̄ti⁹ ⁊ situ ac p B loco ñ ē distincta ab eo q mouet p locū vel sitū: ſz vbi ē qō mouet ibi ē ipz mouēs: fic aīa ē ī corpe: ⁊ fic vt⁹ mouēs celū dr eē in dextra pte ozb quē mouet. vñ icipit mot⁹: vt dr i. 8. phy. Secundū ē: q eē cuiuſlz rei ⁊ cuiuſlz ptis ei⁹ est ime⁹a deo: eo q nō ponim⁹ fm fidē aliquem creare nisi deū: creare āt ē dare eē. Tertiū ē q illud qō ē cā eē ñ pōt cessare ab opone q̄ eē dat q̄n ipsa res ēt eē cessz. Sic.n. dic Aui. b ē dria iter agēs dīnū ⁊ agēs nāle: qō agēs nāle ē tñ cā motus: ⁊ agēs dīnū ē cā eē. vñ ſz ipm q̄lz cā efficiēte remota remouet effectus ſiuus: ſz nō esse rei. ⁊ iō remoto edificatoze ñ tollit eē dom⁹: c° cā ē grauitas lapidū q̄ manet: ſz fieri domus c° cā erat: ⁊ ſil'remota cā eēndi tollit eē. vñ dic Hre. q oīa ī nihilū ꝺciderēt nisi ea man⁹ oipotēt⁹ ꝺtineret. vñ oz q opō ipſi⁹ q̄ dat eē nō sit itercisa ſz ꝺtinua. vñ dr Joā. 5°. Pr me⁹ vsq; mō opat ⁊c. Ex qb⁹ oīb⁹ apte colligit q ōs est vnicuiq; intimus: fic eē ꝓpiū rei est itimum ipſi rei: que nec icipe nec durare posſet nisi p opationē dei ꝑ quā suo opi cōiungit vt in eo sit.

Ad primum g dōz: q q̄uis eēn⁹ dīna ñ sit itrisecа rei q̄si ps veniēs ī ꝺstitutōez ei⁹: tñ ē ītra rē q̄si opās ⁊ agēs eē vniuſcuiuſq; rei: ⁊ B oz ī oi agēte icorp⁹: vt ex ꝓdictis ps. Ad 2m dōz: q illud qō agit p suā absentiā ñ ē cā ꝓxia ei⁹ qō fit ſz remota. vt⁹. n. ſolis p ipzimit ī corpe sibi ꝺiūcto: ⁊ sic deiceps vsq; ad vlti⁹m: ⁊ B vt⁹ ē lum⁹ ei⁹ p qō agit ī bis iferioz ib⁹: vt Aui. dic. ſil'ps q rex p̄cipies ē cā p⁹: ſz exeq̄ns ꝓceptū ē cā ꝓxima ⁊ ꝺiūcta: ōs aūt ime⁹ in oīb⁹ opat. vñ oz q ī oīb⁹ sit. Ad 3m dōz: q sic ex ꝓdictis ps eē rei ñ ꝑt ꝺseruari sine cā eēndi: sic nec mot⁹ sine cā mouēte. vñ si sine aliq agēte eē rei cō seruet: illud agēs ñ erit cā eēndi ſz fidei tñ: sic ſigillū est cā figure ī cera. vñ remoto ſigillo remāet figura: fic ēt ō edificatoze dcīn ē. ⁊ B ē agēs ipfectū: vñ rō ꝓcedit ex fal sis. Ad 4m dōz: q respcū eiusdē opōnis ñ ꝑt eē duplex cā ꝓxia eodē mō: ſz diuersimode ꝑt: qō sic ps. Opō reducit sic ī pn⁹ ī duo: in ipz agētē ⁊ ī vtutē agētis q̄ mediāte exit opō ab agēte. Quāto āt agēs ē magis ꝓximū ⁊ ime/diatū tāto vt⁹ ei⁹ ē mediata: ⁊ pmi agētis vt⁹ ē īmediatiſſima. Qō sic ps ī termis. sint. a. b. c. tres cāe ordiate: ita q. c. sit vltia q̄ exercet opōnē. Ostat tūc q. c. exercet opōnē p vtutē suā: ⁊ q p vtutē suā B possit: B ē p vtutez. b. ⁊ vltri⁹ p vtutē. a. Uñ si q̄rat q̄re. c. opat: rñdet p vtutē suā: ⁊ q̄re p vtutē suā: pp vtutē. b. ⁊ sic q̄uſq; reducat ī virtutē cāe p⁹ ī quā docet phs qones resoluere in posteriozib⁹ ⁊ ī 2° phy. Et ita ps q cū ōs sit p⁹ cā oīum sua vt⁹ ē īmediatiſſima oībus. Sz qz ipemet ē sua vtus. iō ñ tñ ē īmediatū pn⁹ opōnis ī oīb⁹: ſz ime⁹ in oīb⁹ opās: qō ī alys cāis nō ꝺtigit: q̄uis ſingule res ꝓpas opones hēant qb⁹ pducūt suos effect⁹. Ad 5m dōz: q ñ ē ꝓcedēdū ſimplr: q ōs sit in demōe duab⁹ de cāis. Prio. qz demon nōiat nāz tñ ſz nāz ōformatā: eui⁹ deformitatis ōs ñ ē opator. Scōo. qz demon nōiat nāz ītellectualē. vñ cū dr ōs ē ī demōe: itelligit p modū q̄ nā ītellectualis ei⁹ ē capax. ſ. p gram. Uñ nec ō boie pctoze ſimplr dicimus ōs ē ī isto boie: nisi addaī iquātū est creatura vel p eēntiā ⁊ pītiā ⁊ potentiā: quo addito dr ēt deus in demone esse.

Utr ōs sit ī oīb⁹ p potētiā pītiā ⁊ eēntiaz. in sanctis (p gram. in xpo per esse. II.

AD secundū sic ꝓcedit. vr q icōueniēter assignent modi isti q/b⁹ ōs ī reb⁹ eē dr. Cū.n. dicim⁹ deū eē ī reb⁹ ſignificamus q̄lr ōs ad res se hēat. Sz ōs vno⁹ se hz ad oia q̄uis ñ oia vno⁹ ad ipz se hēant: vt dic Dio. g vr q ñ ꝺbeat eē nisi vn⁹ modus exīdi deū ī reb⁹. Si dicas: q isti mōi diuersificāt fm diuersas hitudies creature ad deū. Lōtra. glz effect⁹ ī creatura cāt aliq̄s hitudinē creature ad deū. Sz q̄si ifiniti sūt effect⁹ ꝺi ī creaturis. g ifinitis modis ꝺicet ōs eē in creaturis ⁊ ñ qnq; tñ. P. ea hz q̄ diuersimodē creature ad deū referūt ñ inueniunt ī oīb⁹ creaturis. Sz qdā istoz modoz ꝓueniūt oi creature. ſ. p eēntiā pītiā ⁊ potētiā. g vr q modi isti ñ differāt fm diuersaz hitudinē creature ī deū. Si dicas: q distinguunt fm diuersas rōnes attributoz. Lōtra. nō pōt differt pō ab eēntia q̄ scia ⁊ volūtas: ſz eē ī reb⁹ p eēntiā ⁊ potētiā ꝺstituit duos modos. g ⁊ ſil'diuersificabunt fm oīa attributa.

In contrariū ē qō ī lra dr: ⁊ auctīb⁹ ꝺfirmat.

Respōdeo dōz: q distictio istoz modoz ptim sumit ex pte creature: ptiz ex pte dei. Ex pte creature iquātū diuersio mō ordiat ī deū: ⁊ ꝺiūgit ei: nō diuersitate rōnis tñ: ſz realr. Cū.n. ōs in reb⁹ eē dicat fm q cis aliquo mō applicat: opz vt vbi ē diuersus conīunctiōis vel applicationis modus: ibi sit diuersus modus eēndi. Cōiūgit āt creatura deo triplr. p mō ſz ſilitudinē tñ: inq̄tū inueniť ī creatura aliq̄ ſil'itudo dīne bonitatis: ñ q̄ attigat ipz deū ſz subz: ⁊ ista ꝺiūctio inueniť ī oībus creaturis dīnā bōitatē assimilātib⁹: ⁊ sic erit modus cōis q̄ ōs ē ī oīb⁹ creaturis p centiā pītiā ⁊ potentiā. 2° creatura attigit ad ipz deū ſz subz suū ꝺsideratū ⁊ nō ſz ſilitudinez tñ: ⁊ B ē p opōnē. ſ. q̄ñ aliqs fide adheret ipsi p⁹ vitati: ⁊ cari⁹ ipsi sūme bōitati: ⁊ sic ē ali⁹ modus q̄ ōs spāl'r ē ī scis p gr̄az. 3° creatura attigit ad ipz deū nō solū ſz opōnē: ſz ēt ſz eē: nō qdē put eē ē act⁹ eēn⁹: qz creatura nō ꝑt trāsire ī nāz dīnā: ſz ſz q̄ est act⁹ hypostasis vl p⁹: in cui⁹ vnionē creatura assūpta ē. ⁊ sic ē vltim⁹ mod⁹ q̄ ōs ē in xpo p vnionē. Ex pte āt dei ñ inuenit diuersitas in re ſz rōne tñ ſz q distinguit ī ipo eēn⁹ vt⁹ ⁊ opō. Essentia āt ei⁹ cū sit absoluta ab oī creatura nō est ī creatura: nisi inq̄tū applicat sibi p opōnē. ⁊ B q̄ opat ī re dr eē ī re p̄sentiā: fm q̄ oz opans opato aliq̄⁹ pīs esse. ⁊ qz opatio ñ deserit vtutē dīnā a q̄ exit: iō dr esse in re p potentiā. ⁊ qz vt⁹ est ipa eēntia: iō ꝺsegt vt in re etiā p essentiā sit.

Ad primū g dōz: q si loq̄r ō vnitate ⁊ diuersitate ſz rē: sic ōs vno⁹ se hz ad res: sed qz res diuersimode se hñt ad ipm ꝺtigit deū significare ī diuersa hitudie ad res: inq̄tū relones fūdate ī creaturis reliq̄/rūt diuersas hitudies ſz rōnē ī deo. Si aūt ꝺsideret vnitas ⁊ distictio ſz rōnē tñ: sic ōs plib⁹ modis se hz ad res vt sciēs vt potēs: ⁊ sic de alys. Ad 2m dōz: q diuisio eēntialis sp ē p ōnias q̄ p se ꝺdunt aliqō cōe: fic hñs pedes p se ꝺdit p bipes ⁊ q̄drupes: ñ āt p albū ⁊ nigrū. Sil'r dico q deū eē ī creaturis p se ꝺdit ſz diuersos mōs qb⁹ creature attigūt deū: ⁊ B ē diuisio essential ⁊ formal. Sz si accipiant diuersi effect⁹ ī creaturis p se ī qb⁹ ē ōs p nāles effectus tñ ñ inueniet nisi vn⁹ mod⁹ attigēdi ī deū: ⁊ iō ñ ē diuisio nisi p accñs ⁊ mālis q̄ ab oī arte ptermittit. Ad 3m dōz: q illi tres modi ñ sumūt ex diuersitate creature: ſz ex pte ipsi⁹ dei opantis ī reb⁹: ⁊ iō oēz creaturā ꝺsequūtur: ⁊ ꝑsupponunt ēt ī alys modis. In q̄.n. ēs p vnionez ēt ē p gr̄az: ⁊ i q̄ ē p gr̄am ē p eēntiā pītiā ⁊ potētiā. Ad 4m dōz: q oīa attributa ñ ꝺsiderant nisi ſz triplicez ordinez ad res vl'ſz opōnē vl'vtutez vl'ſz essentiā: ⁊ iō nō sūt nisi tres modi essendi ī reb⁹ q sumunt fm diuersuz ordinez ꝓpriatiōis dei ad res. Qō. II.

DEinde q̄rit quo deus ybiq; esse dicat. Et circa B tria q̄runt. p̄vt⁹ de⁹ sit ybiq. 2° vt⁹ B sibi soli cōueniat. 3° vt⁹ cōueniat sibi ab eterno.

Utrum deus sit ybiq. I.

